THEODOTUS coriarius, sive (ut alii) sutor. ☞ *Vide Titul. Hæreticorum.*

SIMON coriarius, hospes D. Petri *in Actis Apostolorum. Act.c.9.*

SIMON coriarius, ad cujus officinam Athenis sæpè Socrates accedere, & de rebus philosophicis disputare solitus erat, de Socratis disputationibus volumina aliquot edidit. *Fulg.lib.8. cap.7.*

NICAUDA Coriarius. ☞ *Vide Tit. Mortui, qui revixerunt, sub Enarchi historia.*

Corinthiorum Reges.

☞ *Quære Tit. de Magistratu. §. Magistratus Chronologicè considerati.*

☞ *Corinthiæ urbis situs. Quære Tit. Conatus irriti, §. Sabellicus meminit Venetos, &c.*

* Cornu. Cornuti.

DEFINITIO, & ETIMOLOGIA.

CornU in animante est excrementum in mucronem concretum, quod capiti adnascitur, estque instar armorum, quæ à natura ea habent. Quibusdam unicum, aliis duo adhærent. Plerumque sunt cava, & fixa: at cervorum solida sunt, & quotannis decidua.

In Sacris litteris de Moyse legimus, quod cornutam habuerit faciem ex consortio sermonis Domini. *Exod.c.7.* quod metaphoricè accipiendum est. Neque enim vera cornua Moyses habuisse dicendus est, prout illi affingunt Pictores; sed lucida erat facies illius, ita ut radios vibraret, & velut cornua emitteret lucida. Unde Chaldæus textus habet: ignorabat Moyses, quod multiplicatus esset splendor vultus ejus.

Apud Poetas Bacchus pingitur cornutus. Causam varii reddunt; placet *Athenæi* sententia, qui idcircò cornutum depingi tradit, quòd in sympositis olim usus magnorum cornuum fuerit, ut se facilius ingurgitarent. Alii cornutum volunt, quòd copia immodica vini, hominem ferocem reddat, & truculentum. Unde *Horatius l.3. Od.21.* Vino adscribit:

Tu spem reducis mentibus anxiis,
Viresque, & addis cornua pauperi, &c.

Sumpta ab animalibus corniferis similitudine, quæ ubi irritantur, ocius cornibus se vindicant, eisque ut armis utuntur.

Fluvios etiam ταυροκέρωτας, hoc est, Tauricornes finxit Antiquitas. Hinc apud *Maronem*:

Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum,
Et gemina auratus Taurino cornua vultu.

Eridanus lib.4. Georg. & lib.8. Æneid.

Ita apud Poetas passim reperire est Fluvios cornigeros, etiamsi eos humana facie exprimerent. Rationem nonnulli adferunt, sive mugitum, quem flumina instar Taurorum videntur ciere: sive flexum, eò quod flexuosis lapsibus currant.

Apud Romanos erant milites, qui Cornuti dicebantur, qui merebant sub Præfecto, sive Magistro militum, quem Præsentialem vocabant, quorum nota distinctiva erat, gestamen parmæ luteæ nigro circulo circumductæ. In cujus medio duo angues rubei, velut è cippo emissi incurvabantur ad osculum. *Ita Pier. in Hierog. l.15. c.31.*

SALADINUS Sultanus Ægypti, qui Hierosolymam, anno octogesimo, & septimo postquam eam occupaverat Godefridus Bullonius, expugnavit; ex linteo more gentis convoluto, cornutum capitis integumentum gestare solitus erat, ut eorum symbolo ostenderet, quot regna occupasset.

Certè pleræque Nationes cornutam faciem reddunt capillis, & cincinnis ad modum cornuum intortis, & erectis: quomodo Lysimachum Regem in nummo cornutum conspicimus. Et observat *Gyraldus*, Armenos, & Lydios ita cornutos in publicum prodire.

Apud Venetos, matronæ juniores cornua gestant, sive fastigiatas turres capillorum, instar etiastarum. Quem ritum barbaricum unde desumpserint, non constat.

Indis, & Arabibus familiare, ut in prælium ituri, ad hostium terrorem bicornes apparent, & ex capillitio cornua sibi nectant. Refert *Camer. Cent. 1. hor. succis. c.93.*

CORNUUM USUS VARIUS.

In Sympositis, & conviviis.

Refert *Pomponius Lætus l.11. c.8.* Philippum Regem cornu solitum præbibere his, quos benignè excipere cupiebat. Unde & similia pocula legimus ostensa in triumpho Æmilii, capto Perseo, ultimo Rege Macedoniæ. *Plut. in vita Æmilii.*

Athenæus tradit Athenienses solitos in conviviis uti cornibus aureis, & argenteis.

Apud Cæsarem memoriæ proditum, Germanos cornua urorum studiosè conquirere, & à labris argento circumcludere iisque pro poculis uti in amplissimis epulis. *Lib.6. de bello Gallico.*

Frisiis quoque cornua ingentis capacitatis adhibita in conviviis, hodièque adhiberi, auctor est *Cornel. Kem. de orig. Frisiæ, c.20.*

Quin memoratus *Athenæus*, Craterem à cornu, quasi craterem (κέρας enim cornu est Græcis) appellatum existimat. Inde κεράσαι, quod miscere est.

Cæterùm ex remotioribus partibus Septentrionis deferuntur cornua cælata, & Gothicis rhythmis ornata, quibus Incolæ illius regionis delectantur, & usque ad insaniam ex illis potant. Meminit etiam horum *Olaus Mag. l.13. de bum. vest. cap.38.*

Apud Belgas etium usitatum, ut in solennitate S. Huberti, quem venatores velut tutelarem, & præsidem venerantur, quæ recurrente ipsius festo quotannis peragitur; cornu ex argento cælatum inter convivas circumferatur, ex quo omnes convivæ ex ordine bibant, faustaque venatoribus apprecentur.

Cervi vero cornua, quia insigniter ramosa sunt, notat *Pierius in Hieroglyph.* quod ante cœnacula alibi ad parietes affigantur, ut in eorum ramis domestici sudatia, pileos aliaque id genus appendant.

IN PORTICIBUS, PORTIS, FORIBUS, Insignibus.

Tempore Galeacii Sfortiæ, ut scribit *Jovius*, erat fœda luxuriantis sæculi conditio, ut pudicitiæ decus inter aulicos, tanquam dedecus reputaretur, & mariti, quorum uxoribus alii deserviebant, quippe hirci nonnullis videbantur, velut aureis cornibus prælucerent, alios dignitate anteibant. Tale fuit etiam sæculum tempore Andronici Imp. Constantinopolitani, qui ideò cornua aurea cervorum, eaque insignia, & rari quid habentia, in fori porticibus suspendi jussit, ut fœminarum quas ille corrumpebat, & mores civitatibus notaret. Ita *Choniates.*

Solent etiam nobiliores, domus suæ atria, porticus, & postes ornare appensione cornuum: in signum dominii, aut territorii, cui præsunt: vel ad ostentandam ferarum speciem, quas cepissent: unde nonnunquam videas non solùm cornua cervorum, urorum, &c. sed & capita eorundem, & aliorum animalium, quibus cornua natura negavit, puta luporum, &c. foribus quibusdam affixa.

Vetus mos fuit, insignia gentilia, præcipuè magnatum, ac virorum illustrium, cornibus nobilioris cujuspiam animalis adornare. Quod adhuc hodie obtinet in familiis excellentioribus. Cujus origo fortassis desumpta fuit, quòd primus istius generis, animal, cujus cornua ad posteros in imagine transmittuntur; venando acceperit, vel ab eo invasus trucidaverit. Quomodo nonnullis caput aprinum pro insigni gentilitio attributum fuit, quòd aprum occidissent, &c.

Quamvis veriorem hujus rei causam existimarim, quod cornua tam apud veteres, quàm recentiores, notæ sint dignitatis, & honoris. De qua re legatur §. qui sequitur.

☞ *In bellis, prælii. Vide infrà.*

SYMBOLA, ET SIGNIFICATIO.

Dignitatis, & roboris.

Dignitatis symbolum est cornu. Item potentiæ, & honoris tam apud Gentiles, quàm Christianos, immò & veteres Hebræos. Et quidem in Sacris litteris cornu accipitur pro dignitate regia. Ita in *Apoc.c.5.* & apud Danielem, per cornua significantur Reges, & Regna, sive potestas regalis. Quomodo etiam David usurpat eam vocem, *Ps.131. & 91.* Sumpta autem videtur Metaphora à cornuum firmitate, & robore, quòd animalia exercent his armis. Unde apud sacros authores accipiuntur cornua pro quavis potestate, tam in bonam, quàm in malam partem. Ita *David Ps.74.* Cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua justi. Et iterùm. In nomine tuo exaltabitur cornu nostrum. *Ps.88.*

Etiam pro fortitudine significanda accipiuntur aliquando cornua, quomodo idem David: Salva me ex ore leonis, & à cornibus

cornibus unicornium, id est, viribus, & potentia superborum humilitatem meam: ut exponunt. *Aug. & Gregorius.*

Cornua quoque apud Ethenicos significasse dignitatem regiam pro exemplo est, quòd Albino Clodio primùm in lucem edito, Imperatoriam dignitatem portendisse existimatum fuerit Cornua rubea, cum quibus Bos albus nascebatur. Quæ quidem ille jam effectus Tribunus, in templo Apollinis Cumani suspendit, fortesque has illis educit:

Hic rem Romanam magno trepidante tumultu
Sistet: equis sternet Pœnos, Gallumque rebellem.

Refert Pier. *in hierogl. l.7. c.vlt.*

☞ *Vide paulò ante de Saladino.*

FEROCIÆ.

Proverbium est, Fœnum habet in cornu, pro eo, quod est esse ferocem, & furibundum: quomodo David, inquit *Ps.44.* In te inimicos nostros ventilabimus cornu. (ἀπρόζομεν Græcè legimus) sive cornu petemus.

Dicterium à quodam Sicinio acceptum traditur; qui cùm efficacissima dicacitate omnes perstringeret, uni M. Crasso parcebat, cujus rei causam interrogatus, dicebat: Quia is fœnum habet in cornu. Solent enim Tauris cornupetis fœni fasciculum cornibus circumligare, ut homines illis obvii, sibi caveant.

CORNU-COPIÆ.

LIBERALITATIS, ET FOECUNDITATIS.

Perantiquum est, in liberalitatis effusissimæ signum figurari olim solere Cornu-copiæ: cujus imaginem in Nummis frequenter reperimus, dum illi, aut ubertatem, aut pacem, aut aliam quamvis Reipubl. commoditatem exprimunt, quomodo videre est in nummis Antonini, Hadriani, & Septimii Imperatorum. Item in nummis Juliæ Paulæ, Marciæ Severæ, & aliarum clarissimarum Heroinarum. Ita *Horat. ad Jocum lib.1. Epist.22.* scribit de felicitate, quæ Romanis obvenerat tempore Agrippæ, & Neronis, rebus adversis Armenos optimè gestis:

—— Aurea fruges
Italiæ pleno diffundet copia cornu.

Pingitur autem cornu recurvum, repletum frugibus excellentioribus, qui abundantiam, & fertilitatem significant.

VERITATIS, ET FALSITATIS.

PHILOSTRATUS auctor est, solere olim Somnum exprimi per virum candida subtus veste, & nigra supernè contectum, qui cornu manu tenet: nigrum quidem, cùm vera immitteret insomnia; eburneum verò, quando vana, & falsa. Unde & geminæ somniorum portæ à Poetis finguntur: & quidem apud *Virgilium l.1.* ita legimus. *Æneid.l.6.*

Sunt geminæ somni portæ: quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus umbris.
Altera candenti perfecta nitens elephanto:
Quæ falsa ad cœlum mittunt insomnia Manes.

Ferunt, causam huic figmento dedisse, quòd cornu nigrum, tenuatum sit visui pervium, cùm ebur repellat obturum propter densitatem. *Hæc Macrob. in Somn. Scip. c.3.*

USUS IN BELLIS. PRÆLIIS, &c.

Tubæ vocem in sacris litteris, Belli symbolum accipi negari non potest; ut quæ olim idem præstarent, quod nostra ætate tympana. Erantque tubæ duplices, quarum aliæ erant Cornea, eæque proprie bellicæ erant: vocaturque in sacris litteris Tuba Sophar: cùm aliæ dicerentur, hasoseva, ut advertit *Alcozar in c.1. Apocal. vers.1. notab.9.*

In auctoribus profanis dum de bello fit mentio, cornua, & litui sæpiùs adducuntur, ut apud *Virgil. l.8. Æneid.*

Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco crepuerunt cornua cantu.

Et *Horatius.*

Jam nunc minaci murmure cornuum Perstringit aures.

FESTIVITATIBUS, SOLENNIIS, &c.

Deus olim jussit fieri septem buccinas, quibus convocabatur populus ad Jubilæum, ut constat *Josue 6.* Quam solennitatem maximam, appellationem sortitam à Jobel, idest, à buccinæ clangore, quæ tunc perstrepebat, volunt plerique. Erant autem hæ buccinæ non argenteæ sed cornea; idque ex cornu bubulo. Unde & buccinæ nomen à bobus sive bubus, aut boum sono, bou bou. Fueruntque postmodum mutatæ in æneas, & in bello usitatæ: hinc & tubæ, & buccinæ Castrenses appellantur.

Erant aliæ tubæ, sive buccinæ in Festo Tubarum, confectæ ex cornu arietino, in memoriam arietis substituti Isaac, à patre immolando.

PASCUIS, EXCUBIIS.

Notat *S. Hieron.* buccinam fuisse olim pastoralem, eò quod opiliones ea uterentur ad cogendos greges: Cornua autem boum inflabant, non arietum, ut *observat Cornel. à Lapide, Comm. in c.15. Lev. ex Varrone.* Et usque ad hæc nostra tempora usus obtinet, ut pastores ovium, & armentorum cornua inflent.

Solebat antiquitas vigilias noctis buccinæ signo distinguere, ut notum est ex historiis. Quomodo apud nos tubæ sono horas nocturnas indicamus, quo significetur, is, qui loco altiore constitutus ad custodiendum vigilias noctis, promptus, & paratus existere, ut insidias, aut alia infortunia detegat, ut vigiles sui officii moneat.

Corona.

* ETYMOL. APPELLATIO UNDE.

Nomina varia.

APpioni Geammat. veteri nomen Coronæ Græcum est χόρωνα: ita dicta ait Festus, sive à choro, quia in choris adhibebatur: sive quòd cohonorent illos, quibus eæ imponuntur. Isidorus vult dictam, quòd initio circum aras curreretur, atque ad imaginem circuitus idcircò esse formatam. Alii à χορωνὶς derivant, quæ vox summitatem, & flexuram cujuslibet rei significat, hinc coronis.

Apud Latinos alia nomina juxta varias earum formas reperiuntur, Strophia Plinio, Coronæ sunt tenuiores, quibus olim utebantur dicta ἀπὸ τοῦ στρέφειν, à vertendo.

Dicuntur Serta, quæ è floribus texuntur, à serendo. Hinc sertum, & serta: ita *Virg.*

Serta procul tantùm capiti delapsa jacebant.

Si autem sertos dixeris, adde flores, si sertas, adde coronas: ita *Lucanus.*

Accipiunt sertas nardo florente coronas.

Coronæ Pactiles erant, quæ pangebantur, figebanturque insertis floribus. Sutiles vocabantur, quæ ex mero rosarum folio consuebantur, hinc illud

Ornenturque rosis tempora sutilibus.

Erant aliæ Plectiles, quæ è surculis, ramentis, aut spinis plectebantur, vel innectebantur. Ut ex lauro, myrto, aliisque herbis odoris.

Coronæ Hybernæ dicebantur, teste Plinio, quæ floribus hyeme deficientibus, ramento ex cornibus tincto conficiebantur.

Si graciliores erant, dicebantur per diminutivum Corollæ, & Corollaria.

* QUI INVENERUNT: EARUMQUE USUS APUD VETERES.

☞ *Vide de inventore infr. §. Efficientes, sub Tit. de Honorariis coronis.*

Coronarum Antiqui, teste Athenæo, Janum auctorem fecerunt, alii alium, utebantur autem coronis & in sacris, in quibus & sacrificantes, & hostiæ, & idola coronari consueverunt: & in certaminibus, ludis, victoriis, ac triumphis. In nuptiis etiam, erant enim velut sponsorum insignia; Ac in Regum, Principumve inaugurationibus, ceu illorum ornamenta. In funeribus quoque, in quibus Libitinæ, teste Tertulliano, cadavera, unde *Cicero pro Flacco*, meminit aureæ coronæ impositæ mortuo cuidam Christiano, sepulchra; atque adeò cippi quoque, atque columnæ (quod Lucianus in Nigrino, nomine stultitiæ perstringit) corollis, atque floribus insignebantur. Denique in conviviis, tum sacris, tum profanis, ac nuptialibus potissimùm, omnibus gentibus frequentissimus usus coronarum videatur. *Plin. l.21. c.3.* ita scribens. Et jam tum Coronæ Deorum honos erant, & larium publicorum, & privatorum, & sepulchrorum, & manium, summaque auctoritas pactili coronæ, Sutiles Saliorum cœnis, & sacris solemnes invenimus.

Cic. de orat. l.2. refert, Africano majori coronam in convivio sæpius accommodatam, cùm crebro rumperetur; P. Licinium Varum edixisse: Noli mirari, si non convenit: Caput enim magnum, & laudabile est, & honestum.

* CORONÆ CONVIVIALES.

Earum materia, forma, causæ, modus.

Coronas epulares peperit primùm necessitas, dein voluptas. Cùm namque profusius biberent, medendis capitis doloribus, fasciis, seu vittis primùm capita redimierunt, atque ligarunt:

quibus

quibus accesserunt flores, & frondes boni odoris, ut etiam
A conviventes perfunderent, & demulcerent.

Hujus rei Bacchum auctorem credidit antiquitas, teste *Plut. q.1. Sympos.3.* Quin & ad caput refrigerandum usi fuerunt coronis, & à medicis suggestum, ait Athenæus. Conficiebantur tenuissimis, quæ inter truncum, & corticem tiliæ sunt, tunicis, quas coronas Philyrias vocabant. De quibus *Ovid.l.5. Fast.*

Ebrius incinctis philyra conviva capillis,
Saltat, & imprudens vertitur arte meri,

Coronabant autem non modò caput, sed & collum, & pectus, hinc *Horat.l.2.Satyr.3.*

—— *Potus ut ille*
Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas,

Ipsa etiam pocula coronabant, quem morem ex illo *Hom. versu* Od. α. colligunt:

Κύροι δὲ κρατῆρας ἀνεστέψαντο πρόχοῦς:

quem versum Virgilius expressit *Lib.... Æneid.*

Crateras statuunt magnos, & vina coronant,

Et *Tibullus l.2.*

Aut è veste sua tendet umbracula sertis
B *Vincta, coronatus stabit & ipse calix,*

Idem de Anchise factum *Virg. Æneid.* videtur significare.

Tum pater Anchises magnum cratera corona,
Induit, implevitque mero.

Sed & coronas poculis immittebant, & ex iis bibebant, quod appellabant coronas bibere, quod Cleopatram fecisse narrat *Plin.l.12. c.3.* ac coronam veneno imbutam scypho injecisse: è quo cùm gustasset, eductus è custodia, expiravit. Unguentis quoque coronas imbuebant. Sic Rex Persarum, teste *Plut.7.Sympos. Problem.6.* coronam è rosa, & croco consertam, unguento intinctam, Antalcidæ Spartano misisse dicitur. Quin eò processit antiquorum luxuria, ut etiam arte conarentur vincere nativos florum colores in coronarum textura.

Sed & triclinia, thoros, lectos, ipsumque pavimentum floribus, & coronis sparsere: ita ut Heliogabalus apud *Lampriad.* scribatur parasitos suos penè violis, & floribus oppressisse, ut multi animam efflarent.

Ad hibebantur autem coronæ demum in mensis secundis, cùm jam largiore potu indulgere vellent. Hinc *Propert.*

Sobrius ad lites, at cùm est imposita coronis
C *Clamabit capiti vina fubesse meo.*

Apud Christianos, fertorum, & coronarum usus in nuptialibus festivitatibus perseverat: in quibus Germani singulis convivis coronas imponunt. Apud alias nationes alius est earumdem usus. Belgæ cadaver virginis functæ, terna corona adornant ex rosis texta.

CORONÆ HONORARIÆ.
Consideratæ secundùm MATERIAM, FORMAM.

Fuit antiqua consuetudo jam tum à Thesei temporibus è Creta reducis, ubi ludos Deli instituit, ut victores Palma coronarentur. Mox coronis mutatis, mansit tamen consuetudo, ut omnes victores ubicumque essent, palmam manibus gestarent, ut ait *Paus. in Arcad.* At corona laurea propria fuit Delphicorum præmiorum, idque cùm ob perpetuum virorum, tum quia arbor ipsa Apollini sit dicata. *Natalis Comes Mytholog.lib.4.c.10.* P. Corn. Arvina, & C. Mario Rutilio consulibus palmæ primùm victoribus dari cœptæ.
D *Alex. ab Alex.l.5.c.8.*

Bacchus Hedera Dionysia redimebatur, quam ex India in Græciam deportavit, primusque omnium capiti imposuit. *Plut.l.3.Sympos.segmento 1. Festus in voce Hedera, & Ovid. Fastor.3. Alex. Magnus* ex India victorem exercitum hedera coronatum reportavit, exemplo Liberi patris, cujus & thyrsos olim, & galeas, atque scuta in solennibus Thraciæ sacris adornabat. *Plin.l.16.c.34.*

Olea proprii generis Callistephanos: de qua *Aristoteles in Pantheo.* Hujus folia contrario modo se habent, quàm in aliis, extrà siquidem, non intus, albent. Roman. mittit ut myrtus, ad coronas peraccommodos. Eam in Olympia plantasse Hercules memoratur, unde athletis dentur coronæ. Hac coronabantur Olympionycæ. Et apud Ilissum fluvium stadiis sexaginta circumvallata muro magnaque contingentibus instituta multa. Scribunt Græci Herculis clavam fuisse ex oleastro, quam apud Sardonidem is reperisset: quinetiam depositam in Trœzene apud Mercurii statuam: quem τὸν γονον vocant, progeminasse denuò, ac superfuisse tempestate sua oleastrum, prodit Pausanias. *Cœl.l.12.c.19. A.L.*

Lacedæmonio ne manubias quidem hosti detrahere licebat. Qui se strenuos præbuissent, & occubuissent, Oliva, & aliis ramis redimiti, laudibus vehebantur: qui verò perfectam, & absolutam virtutem præstitissent, ii etiam amicti purpura, gloriosè sepulchris mandabantur. *Ælian. de Var. hist.lib.6.*

Receptus fuit Romæ mos, ut quoties insigni victoria consules potiti essent ob res prosperè gestas, Laureatis fascibus prælatis incenderent: literasque laureatas Romam mittere, aut nuncios cum jaculis laureatis advenire, navemque laureatam, aut vittatam, felicis victoriæ signum erat. *Alexan. ab Alex. l.1.c.27.* Lauream nec senatus Rom. cuiquam dedit, nec quisquam sibi dari desideravit, civitatis parte lachrymante. Cæterùm ad quercum pronæ manus porriguntur, ubi ob cives servatos corona danda est. *Val.Max.l.2.c.3.*

Perfeam arborem eruditiores negant suppliciorum causa è Perside à regibus translatam, sed à Perseo Memphi satam nomen ab illo habuisse. Et ob id Alexander Magnus coronari ea victores ibi instituit in honorem atavi sui. *Plinius lib.15. cap. 13.*

Auctor in Parab. sed & *in Sympos. Plut.* ingruente periculi magna vi solitum dici, Apio esse opus: quod monumenta defunctorum ita consuessent ornari. At scribit *Diod.* Timoleonta pro Syracusanis in Carthaginenses depugnaturum, cùm fortè apii vis magna extruendis thoris subvectaretur, victoriæ omen inde concepisse, quoniam Isthmiaca corona contexi apio consuesset: proinde milites sic jussisse omnes coronari, moxque insigni hostes strage affecisse. *Cœl. l.7. Antiq. Lect. cap.19.*

Coronam Spiceam *Plin.l.18.* tradit primam apud Rom. fuisse. At coronas ex Cinnamomo (*eodem auct. l.22.*) interrasili auro inclusas, primus omnium in templis Capitolii, atque Pacis dicavit Imp. Vespasianus.

Principio ex arborum ramis fieri coronas in ludis, & sacris certaminibus mos fuit: posteà varia Florum mistura componi cœperunt. Has Glycera primùm adinvenit, ut ait *Plin.l.15. cap.11.* cùm de Sicyonio pictore meminit. Amavit in juventa Glyceram municipem suam inventricem coronarum, certandoque imitatione ejus ad numerosissimam florum varietatem perduxit artem illam. Verùm *idem lib.21.* utriusque hoc potius assignare videtur, scribens, Posteà variari cœptum mistura verficolori, florumque invicem odores, coloresque accendere Sicyonii ex ingenio Pausiæ pictoris, atque Glyceræ coronariæ dilectæ admodùm illi, cùm opera ejus pictura imitaretur. Paulò post subiere, quæ vocantur Ægyptiæ, sive hybernæ, tunc cùm terra horret, factæ è bracteis lignis, sive eburneis variis coloribus infectis. Venerunt deinde è lamina ænea tenui inaurata, aut argentata, quæ propter gracilitatem corollæ dicuntur. Crassus dives, *auct. Plin.l.21.* primus suis ludis coronam aureis, argenteisque foliis dedit, & alii alias. *Polyd.l.2.c.17.*

Triumphans de Sabinis Posthum. Tuburtus in consulatu (qui primus omnium ovans ingressus urbem est, quoniam rem leviter sine cruore gesserat) Myrto Veneris victricis coronatus incessit, optabilemque arborem etiam hostibus fecit. Hæc posteà ovantium fuit corona, excepto M. Crasso, qui de fugitivis, & Spartaco Laurea coronatus incessit. Massurius auctor est, curru quoque triumphantes myrtea corona usos. L. Piso tradit, Papyrium Massonem, qui primus in monte Albano triumphavit de Corsis, myrto coronatum ludos Circenses spectare solitum: avus maternus Africani sequentis hic fuit. M. Valerius duabus coronis utebatur, laurea, & myrtea, qui & hoc voverat. *Plin.l.15.c.29.*

Joanni Duci, Imp. Constantinopolitano corona ovata post victoriam à Turcis partam impofita fuit. Cujus causam adfert *Niceph. Gregor. libro 2.* quia cùm Turcæ fame premerentur, ab eo ova auro redemerunt. Tantum enim pecuniæ ex divenditis ovis congesserunt, ut Imp. Irene coronam fecerint gemmis, & lapillis distinctam, quàm Imp. ovatam voluit appellari.

P. Decio Tribuno, cùm Rom. exercitum ab hostibus Sabinis circumventum circuitione montis conservasset, gratitudinis ergo à consule C. Corn. Cosso Aurea corona, item à militibus Graminea discussæ obsidionis argumentum impofita fuit. *Sab.l.3.En.4.*

C. Caligula novi generis coronas, Solis, Lunæ, & siderum specie commentus est. *Alex. ab Alex.l.18.*

In Bœotia sponsas ajunt Asparago coronatas: quòd depofita

posita feritate, ad alterius voluntatem mansuescere discerent:
A quippe ex cortuda asparagus altilis, atque esculentus fit. *Scalig.l.3.Poet.c.100.*

EFFICIENTEM.

Coronarum repertorem, teste *Plin.l.6.* ferunt Liberum patrem fuisse, qui primus omnium imposuisset capiti suo coronam ex hedera: posteà Deorum honori sacrificantes sumpserunt victimis simul coronatis. Reperimus tamen longè antiquorem coronarum usum: nam Moyses, qui multis seculis, ut testis est *Euseb. in 10. de Evang.præp.* præcessit Liberum patrem, multas aureas coronas fecit, de quibus *Joseph.* plenè meminit *in 3. Antiq.* cùm de sacerdotum indumentis loquitur, & *in 8.* scribens. Corona verò, in qua Deum Moyses inscripserat, una fuit, quæ ad hunc usque diem permansit. *Polyd.l.2.c.17. de Invent.*

Coronæ usum apud veteres nullum fuisse, quidam autumant, propterea quòd ejus nullam mentionem fecerit Homerus: cui ne στέφανος quidem vox nota fuerit. At enimverò à Promethei usque temporibus coronæ usum deducunt do-
B ctiores: quippe ab Jove solutum vinculis, quem ille imminenti ex Thetidis concubitu periculo solvisset: supplicii tamen vestigiis manere jussis: quippe ad pristinæ catenæ memoriam, annulum ferreum gestare, in quo lapis impactus rupem illam Caucasi repræsentaret. At illum tam triste monumentum non solùm sapientia temperasse, verùm etiam corona capiti imposita hilarasse. Unde simul & coronarum, & annulorum origo ducta videatur. Ego verò etiam ante Prometheum puto, eos, qui extiterint mortales, ad æstiva umbracula coronas excogitasse: victoque in certaminibus ablatas, atque impositas victori, ut ea ignominia cœli incommoda pateretur. *Scalig. l.1.Poet.cap.23.* Alii Janum corollarum inventorem faciunt: in Græcia verò Stephanum, à quo & nomina acceperint. *Cælius l.7.c.10.* Æschylus in Prometheo soluto inquit, quòd coronam in Promethei honorem circumponimus capiti, pro pœna ejus vinculorum. *Athen.l.15.c.5.*

Atheniensis civitas bonos cives corona decorandi, primò consuetudinem introduxit, duobus oleæ connexis ramulis, clarum Periclis cingendo caput. Probabile institutum: sive rem, sive personam intueri velis. Nam & virtutis uberrimum alimentum est honos: & Pericles dignus à quo talis muneris
C dandi posteritas potissimum initium caperet. *Val.Max.l.1.c. 1. Exemplorum.*

FINEM, SIVE USUM. CORONÆ DECRETÆ. impositæ, assumptæ propter

Eruditionem, Literaturam.

☞ *Vide Tit. Poet. cultus. Item Dignitas literaria Graduum Academicorum data. In Loco de Academia. Fortitudinem militarem quamcumque.*

Judith cæso Holoferne, oleæ ramo caput suum, & ancillæ suæ coronavit, & Domino, sequentibus matronis, & virginibus, carmen triumphale cecinit. *Judith.15.*

Dionem Syracusanum parta victoria, milites aurea, & Themistoclem, quòd Græciam liberasset, ab Athenienfibus corona oleagineа, & curru eximio donatos, laudatosque, asserit *Alex.l.6.c.18. & Plut. in Vicis.*

Thrasybulo Lici F. qui xxx. tyrannos ejecit, pro tantis me-
D ritis honoris corona à populo Atheniense data est, facta duabus virgulis oleagineis. *Probus in Thrasybulo.*

Lacedæmonii Isadam, puerum adhuc, quem lex nondum ad pugnam vocabat, quoniam exiliens gymnasio strenuum se præstiterat contra Thebanos Spartam oppugnantes, corona donaverunt. At quia nondum ætate postulante, & cum insolitis armis in hostes irruerat, pœna affecerunt. *Ælian. l.6. de Var. hist. & Plut. in Agesilao.*

Militares coronæ apud Rom. multivariæ fuerant. At nobilissimæ tamen hæ fuere, Triumphalis, obsidionalis, civica, muralis, castrensis, navalis.

Triumphalis, aurea, Imperatoribus ob honorem triumphi mittebatur. Id vulgò dicitur aurum coronarium. Antiquitus è lauro fiebat.

Corona nulla fuit Graminea nobilior, in majestate populi terrarum principis, præmiisque gloriæ. Gemmatæ, & aureæ, vallares, murales, rostratæ, civicæ, triumphales, post hanc fuere, suntque cunctæ magno intervallo, magnaque differentia. Cæteras omnes singuli, & duces ipsi, Imperatoresque militibus, aut aliquando collegis dedere: decrevit in triumphis E senatus, cura belli solutus, & populus ociosus: graminea nunquam nisi in desperatione suprema contigit: nulli nisi ab universo exercitu servato decreta. Cæteras imperatores dedere, hanc solam miles Imperatori. Eadem vocatur Obsidionalis, liberatis obsidione, abominandoque exitio totis castris. Quòd si civicæ honos uno aliquo, ac vel humillimo cive servato, præclarus, facerque habetur, quid tandem existimari debet, unius virtute servatus universus exercitus? Dabatur hæc viridi è gramine, decerpto inde, ubi obsessos servasset aliquis. Namque summum apud antiquos signum victoriæ erat, herbam porrigere victos, hoc est, terra & ultrice ipsa humo, & humatione etiam cedere: quem morem etiam nunc durare apud Germanos. *Plind.22.c.2. & 3.* Donatus est ea graminea corona L. Siccius Dentatus semel, cùm civicas quatuordecim meruisset, depugnassetque cxx. prælliis semper victor. Quidam Imperatore, & sæpius donati sunt, veluti P. Decius tribunus militum ab exercitu, altera ab his, qui in præsidio obsessi fuerant, quanta esset honoris ejus auctoritas, confessus religione: siquidem donatus bovem album Marti immolavit, &c. fulvos, qui ei virtutis causa dati fuerant simul ab ob- F sessis. Data est & à senatu, populoque Romano, Q. Fabio illi, qui rem omnem Romanam restituit non pugnando. Annibale ex Italia pulso. Quæ corona adhuc sola ipsius imperii manibus imposita est, & quod peculiare est ei, sola à tota Italia data. Præter hos contigit ejus coronæ honor M. Calphurnio Flammæ, tribuno militum in Sicilia: centurioni verò uni hoc tempus Cn. Petrejo Atinati, Cimbrico bello. Primum pilum is capessens fub Catulo, exclusam ab hoc legionem suam hortatus, Tribunum suum dubitantem per castra hostium erumpere interfecit, legionemque eduxit. Invenio apud auctores, eundem, præter hunc honorem, adstantibus Mario, & Catulo coss. prætextatum immolasse ad tibicinem foculo posito. Scripsit & Sylla dictator, ab exercitu se quoque donatum apud Nolam, legatum bello Marsico. Idque etiam in villa sua Tusculana, quæ fuit posteà Ciceronis, pinxit. Æmilianum quoque Scipionem, Varro auctor est, donatum obsidionali in Africa, Manlio cos. tribus cohortibus servatis, totidemque ad servandas eas eductis: quod & statuæ ejus in foro suo D. Augustus adscripsit. Ipsum Augustum cum M. Cicerone filio consulem Idibus Septembribus senatus obsidionali donavit. Nec præterea quenquam hac invenimus G donatum. Nullæ herbæ fuere certæ in hoc honore: sed quæcunque fuerant in periculi sede, quamvis ignobiles ignotæque honorem nobilem faciebant. *Plin.l.22.c.5. & 6.*

L. Q. Cincinnatus dictator, eò quòd Q. Minutium consulem contra Volscos, & Sabinos bellum gerentem, & jam in Algido obsessum, liberasset, à Minutio, & ab ejus exercitu corona obsidionali donatus est. Idem cùm exercitum ab omni periculo liberasset, coronam auream à consule libræ pondo accepit. *Liv.l.3. Blond.l.6. Rom. triumpho.*

P. Decium patrem, tribunum militum, frondea donavit exercitus ab eo servatus, Imp. Cornel. Cosso coss. Samnitium bello. *Plin.l.16.c.4.*

Civica corona appellatur, quam civis civi, à quo servatus est, in prælio testem vitæ, salutisque perceptæ dat. Eam Plin. appellat militum virtutis insigne clarissimum. Ex quo non temerè Antonin. Pius, teste *Capitolino*, Scipionis auream illam, ut ita dixerim, sententiam frequenter usurpabat: dictitans, Malle se unum civem servare, quàm mille hostes occidere. Fuit autem digna primò, posteà magis placuit ex escu- H lo Jovi sacra. Variatumque, & cum quercu est, ac data ubi- H que fuerat, custodito tantùm honore glandis. Vel quia ubique, & facilis copia sit in expeditionibus quercus: vel quia Jovi, & Junoni civitatum præsidibus sacra: vel more ab Arcadibus antiquissimo sumpto, qui se primos hominum dictitabant, ut planta prima quercus. *Plut. in q. Rom.* Additæ leges arctæ, & ideò superbæ, Civem servare, hostem occidere. Utque eum locum, in quo sit actum, hostis obtineat eo die. Utque servatus fateatur: aliàs testes nil prosunt. Ut civis fuerit. Auxilia, quamvis rege servato, decus id non dant. Nec crescit honos idem Imperatore conservato, quoniam conditores in quocunque cive summum esse voluere. Accepta licèt uti perpetuò. Ludos incunti semper assurgi etiam ab senatu, in more est. Sedendi jus in proximo senatu. Vacatio munerum omnium ipsi, patrique, & avo paterno. Quatuordecim eas accepit Siccius Dentatus, sex Capitolinus. Is quidem & de duce Servilio. Africanus de patre accipere noluit apud Trebiam. Civica corona omnium clarissima fuit, non precio, sed

sed honore: qualem ab humano genere Auguſt. Cæſ. accepit.
A *Plinius l.16.c.4.*

M. Coriolanus, à Coriolis Volſcorum oppido capto appellatus, contra Tarquinium militans, ob civem ſervatum corona querna donatus eſt. *Plut.*

P. Decius pater, quòd in bello Samnitico ſub Valerio, & Cornelio tribunis militum, exercitu anguſtiis Gauri montis inſidiis hoſtium clauſo, in ſuperiorem locum tranſiiſſet, intempeſtaque nocte per medias cuſtodias ſomno oppreſſas incolumis evaſiſſet, ab exercitu civica corona de quercu, quæ dabatur ei, qui obſidione cives liberaſſet, donatus eſt. *Plin. de Viris illuſt.*

Muralis corona, qua donatur ab Imperatore, qui primus murum ſubiit, inque oppidum, arcemve hoſtium per vim aſcendit: & idcircò quaſi muri pinnis decorata eſt. Romulus frondea coronavit Hoſtum Hoſtilium, quòd Fidenam primus irrupiſſet: avus hic Tulli Hoſtilii regis fuit. *Plin.l.15. cap.4.* Manlius Capitolinus, qui vix decimo, & ſeptimo ætatis anno bona ex hoſtibus ſpolia tulit, primus murali corona donatus eſt: civicas ſex, militaria dona ſex, & viginti ob ſingularem virtutem meruit. *Alex.l.4.c.18.*

Caſtrenſis corona, qua donat eum Imperator, qui primus hoſtium caſtra pugnans introivit, quæ ex auro contexta, valli inſigne habet.

Navalis, ſive Roſtrata corona eſt, qua donari ſolet maritimo prælio, qui primus hoſtium navem armatus tranſilivit, eaque quaſi navium roſtris inſignita eſt, & ex auro fiebat. *Alex.l.4.c.18.* Roſtratam Cn. Pomp. M. Varroni è piraticis bellis dedit: item Cæſ. M. Agrippæ è Siculis, quæ & ipſa fuere piratica. *Plin.l.16.c.4.*

Ovalis myrtea eſt, qua utebantur Imp. qui ovantes introibant urbem, quaſi non martius, ſed venereus eſſet triumphus, abſque ſanguine parta victoria. Eſt enim myrtus Veneri ſacra. Eapropter M. Craſſus bello fugitivorum conſecto, cùm ovans rediret, myrteam inſolenter aſpernatus eſt, & S.C. per gratiam impetravit, ut lauro, non myrto, coronaretur. Hæc ex *Gellii l.5.c.6.* quæ tranſcripſit *Alex. l.4.c.18. & Blondius lib.6. Rom. triumphantis.*

Religionem.

Antiquitus corona nulla niſi Deo dabatur: ob id Homerus cœlo tantùm eas, & prælio univerſo tribuit, viritim verò ne
C in certamine quidem ulli. Feruntque primùm omnium Liberum patrem impoſuiſſe capiti ſuo ex hedera: poſteà Deorum honori ſacrificantes ſumpſere, victimis ſimul coronatis. Noviſſimè & in ſacris certaminibus uſurpatæ, in quibus hodieque non victori datur, ſed patriam ab eo coronari pronunciatur. Inde natum, ut etiam triumphaturis conferrentur in templis dicandæ, mox ut & ludis darentur. *Plin.l.16.cap.4.*

Reconciliationem.

Thraſybulus ſocios volentes contra legem ſævire in eos, cum quibus reditum erat in gratiam, publicè cohibuit, & legem latam confirmavit. Huic pro tantis meritis prœmii loco data eſt corona ex duabus virgulis oleaginis: & hoc civili honore vir prudens contentus fuit. *Eraſm.in Adag.*

* TRIUMPHUM.

Sceptrum, & auream coronam triumphantes geſſere; ut conſtat ex *Juven.Sat.* 10.

—— *magnæque coronæ*
Tantum orbem, quantum cervix non ſufficit ulla.

Victoriam.

D Coronæ in ſacris certaminibus non victoribus dabantur, ſed Patrias ab iis coronari pronunciabatur. Parentes enim, & patrias victorum proclamabant. *Plin.l.16.c.4.*

THEAGENES Thaſius, cùm curſu, lucta, & pugillatu viciſſet in Olympiis, mille & ducentis coronis donatus eſt. *Alex. ab Alex.l.5.c.8. Pauſan.apud Volat.l.20. Anthrop.* eum CXL. coronas è certaminibus retuliſſe ait.

ANTONINUS Caracalla Imp. coronatus eſt in pluribus equorum certaminibus. Obtinuerat enim DCC. LXXXII. quod antè contigerat nemini. *Dion. Niceæus.*

Jubet lex, inquit Æſchines de Ementita legatione, Magiſtratus omnes, quos populus creat, & publicorum operum præfectos, & omnes, qui tractant aliquid civitatis ultra triginta dies, & qui judiciorum principatus obtinent (operum verò præfecti omnes judiciorum principatum obtinent) & qui ſorte lecti ſunt, hos, inquam, omnes lex jubet præſſe probatos in foro, & rationem, atque εὐθύνας apud ſcribam, & legiſtas deponere: ita ut nemo, vel minimo magiſtratu geſto, niſi rationem, & εὐθύνας reddiderit, populo corona donari poſſit. Forma judicii dicebatur Δοκιμασία. *Sigon.lib.*
E 4. *de rep. Athen.*

Dignitatem, Magiſtratum, Regnum.
☞ *Vide Tit. Inaugurationum.*

* Sacris Regum hiſtoriis ſcribitur, virum Amalecitam cæſo Saule, detuliſſe diadema de capite ipſius ad Davidem, tanquam regium inſigne. 2. *Reg. c.1.*

* Ipſe verò David his minimè contentus, aptavit capiti ſuo coronam Regis Ammonitarum, quando Raab ejus civitas primaria fuit capta, & depopulata. 1. *Paral.c.20.*

* Jojada quoque conſtituens puerum Joas Regem pro Athalia, poſuit ſuper eum diadema, & unxit eum. 4. *Reg.*11.

* Legimus inſuper Jonathæ ſummo Pontifici, & principi Judæorum, miſſam purpuram, & coronam auream. *Alex.*

Rege Syriæ, in ſignum certum amicitiæ, & poteſtatis. 1. *Machab. c.10 verſ.* 20.

* Ipſe Dei Filius unà cum Patre Deus, & Dominus Dominantium, ſcribitur accepiſſe coronam auream in capite. Sanctis quoquè datæ coronæ aureæ, in ſignum perpetui regni. F
Apoc.c.6.& 14. Item 1.2.4.

Pro coronæ aureæ honore, quem muris reficiendis curator datus meruerat, Demoſthenes orator Athenienſis adverſus Æſchinem certavit. *Demoſth. pro Corona, & Plut.*

C. Jul. Cæſ. calvitii deformitate offenſus, ex omnibus honoribus ſibi à ſenatu decretis, nullum libentius recepit, quàm jus laureæ coronæ perpetuò geſtandæ, ut quod honori datum erat, elegantiæ quoque tributum videretur. *Sab.l.7.Enn.6.*

MANUEL Imp. cùm Filiam ſuam ex priore conjuge, ſorore Gertrudis uxoris Conradi III. Imp. natam, Ramerio filio Guilielmi Principis Montiſferrati deſponduiſſet uxorem, renuit filia, & ſe nulli nupturam juramento aſſeruit, niſi regi. Quod cùm Imperatori eſſet relatum, laudans filiæ ingenium, die uno ſecum altera uxore Conſtantia, Alexium juniorem cum Agnete Lud. Regis Francorum filia ſponſa, tum filium Marchionis Montiſferrati generum cum ſua filia fecit coronari, dato ei principatu Theſſalonicenſi, ubi ſecunda ſedes erat poſt Conſtantinopolitanam. Id quod à multis ſeculis nemo audiverat, nemo viderat, nemo legerat, uno die tam inſignem fieri triumphum, ac coronationem. *Cuſp.* G

Godofredus Bulonius, quem captis Hieroſolymis Regè Chriſtiani elegerant, auream coronam in urbe geſtate renuit, in qua Chriſtus geſtaſſet ſpineam. *Palmerius ſub ann. Sal.*1099.

HENRICUS I. oblato ſibi Imperio, juravit, quòd corona Imperialis nunquam ſuo capiti imponeretur. Principibus ipſum ad curiam Rom. citantibus, per tres annos ſuſtinuit excommunicationem. Tandem ſub forma juris abſolutus, dum allegaret juramentum, quod fecerat, tulit Papa ſententiam, ſuſciperet ſanè Imperium gubernandum, coronam Imperialem capiti non imponeret, ſed in baculo ante ſe geſtari fineret. *Herm. Gigas.*

EUGELBERTUS Trevirenſis præſul, Uratislaum Boemorum cum uxore Suatava, juſſu Cæſaris, Pragæ regem inauguravit, acclamantibus equeſtris ordinis, & plebeiis viris, ſenatuque, Uratislao Pacifico, Boemiæ, atque Poloniæ Regi à Deo coronato, vita, laus, victoria. *Avent.l.5. Annal.*

FRIDER. III. Imp. cum Leonora conjuge Romæ à Nicolao V. coronatus fuit ann. M. CCCC. LII. *Plat.*

Tres coronæ Cæſaribus debentur, Prima eſt argentea, Germanici ſcilicet regni. Secunda ferrea, regni Longobardici, quam Modoetiæ ſuſcipit. Tertia aurea, Roman. Imperii. Igitur ann. 1530. cùm Carolus Bononiæ coronaretur, præſtò affuere Modoetienſium legati, cujus erant principes, Polydorus Vectius, & Paulus Veranus, qui ad retinendam veteris prærogativæ dignitatem, vetuſtiſſimi operis coronam, & annalium codices antiquitate pernobiles detulere. Ea erat ſine florentibus pinnis in ſimplicem, & latum orbem circumducta, ferro introrſus tempora præcingente, ſed exterius auro, & gemmis exornata. Biduo itaque antequam tertiam coronam acciperet, in ſacello domeſtico conſtante Pontifice, ſacris peractis, Cæſar ungitur, ferreaque corona, & cæteris regiis inſignibus coronatus eſt. *Jov.l.37.Hiſt.*

Libertatem.

Prometheus libertatis à Jove recuperatæ ergò, corona primus videtur uſus. *Scalig.l.1.Poet.c.23.*

* *Pacem, & amicitiam.*

Apud Barbaras gentes, ait *Polybius*, florentes capiti corollas impoſuiſſe, pacis indicium eſt, atque amicitiæ ſignum.

* *Con-*

* *Conſtantiam in fide.*

A Narrat *S. Baſil.hom.20.de XL. Martyr.* cùm illi VI. in ſtagnum gelidum injecti eſſent, cœlitus luce fuiſſe circumfuſos, Angeloſque cœleſtes XXXIX. coronas ſingulis ſuam adornaſſe, & oſtentaſſe: quas videns cuſtos carceris ita accenſus fuit, ut ad Chriſtum converſus, detractis veſtibus, alacer in gelidum iſtud ſtagnum inſilierit, & reliquis XXXIX. ſe adjunxerit, ut quadrageſimi palmam, & coronam obtineret.

* *Præmium meritorium.*

PAULUS Apoſtolus conſtanter aſſerit, reddendam ſibi à Domino coronam Juſtitiæ, id eſt, juſtam, quæ juſta Judicis ſententia ad judicabitur. Sua cuique virtuti erit corona, eaque pro meritis varia. Nam ut ait *S. Aug. ſerm.37. de Sanct.* Floribus Eccleſiæ cœleſtis nec roſæ, nec lilia deſunt. Certent nunc, chariſſimi, ſingulæ utroſque honores, ampliſſimas accipere dignitatum coronas, ſive de virginitate candidas, ſive de paſſione purpureas, vel de doctrina laureas. Ita Auguſt.

* MODUS CORONANDI REGES, ET IMPERATORES.

B Inſignia Imperatorum, & Regum ſunt, diadema, corona, & ſceptrum. Siquidem electi in Imp. & Reges, ſolemni inauguratione coronabantur. Et quidem Conſtantinopoli moris fuit, ut qui creabatur Imp. barbam, & capillum poneret, tum in aureo triclinio ſedens, à Patriarcha coronabatur, ut de Michaele Imp. *Cedren. ſcribit p.*605. Cæterùm jam inde ab Anaſtaſio receptum erat, ut Imperatores priuſquam coronarentur, fidem Catholicam apud Patriarcham profiterentur, de ea tuenda juſiurandum darent, aut etiam ſymbolum fidei ſcriptum regio ſigno ſigillarent. Sic Euphemius patriarcha, teſte *Evagrio l.*13. noluit Anaſtaſio chlamydem purpuream inducere, priuſquam fidei profeſſionem manu ſua confirmaſſet, quam apud Macedonium depoſuit, cui cuſtodia venerandorum myſteriorum erat credita. Simile de Alexio commemorat Nicetas. Mauritium Imp. abiiſſe in Eccleſiam S. Sophiæ, atque illic in ſummo umbone, & ſuggeſtu manibus Patriarchæ coronatum agnoſcit. *Zonaras.*

*P. Diac.l.*21. reducebat ad memoriam Leonis Cononis Patriarchæ ſponſiones ejus ante imperium factas, qualiter ſibi Deum dederit vadem, in nullo commoturum Eccleſiam, à ſuis Apoſtolicis, & divinitus traditis ritibus.

Cæterùm nonnunquam coronas filiorum capitibus impoſitas
C à Patre, aut è converſo, exemplis pluribus conſtat, Conſtantius Pater F. Conſtantino auream coronam poſuit.

Leo Jun. Zenonis patris ſui capiti diadema manu ſua impoſuit, cumque regnare pro ſe juſſit. *Zonaras.*

JUSTINUS Imp. cùm Tiberiù adoptaſſet rei militaris peritiſſimum, primùm ei coronâ Cæſaris tribuit, paulò poſt plebe convocata, Senatu, Sacerdotibus, ſceptro eum imperii ornavit.

Moris autem fuit, ut coronati Imperatores illico in circuitu irent, ſeque populo ſpectandos præberent. Ita de Tiberio *Diac. lib.7.* Cum imperialem coronam acceptuus eſſet, eumque juxta conſuetudinem ad ſpectaculum circi populus expectaret.

* CORONÆ DONO MISSÆ.

Diximus ſupra, Coronas in conviviis uſitatas: ſed ex illis dono aliquando miſſas conſtat ad amicos. *Plut.* Artoxerxem Antilcidem Laconem adamaſſe, & miſiſſe ad eum coronam è floribus unguento pretioſo tinctam.

D * CORONARUM USUS APUD CHRISTIANOS, QUIS VETITUS?

Olim veteribus Chriſtianis exoſa erat Coronarum in ſympoſiis, aut epulis geſtatio: ut conſtat ex *Tertull.lib. de Coron. milit. & Clem. Alex. Pædagog. l.* 2. Unde M. Minutius Felix Cauſidicus apud Rom. Cæcilii calumnias, quod inter alia, Chriſtiani neque redimerentur fertis, neque unguentis delibuti eſſent, retorquens, ſcribit: Sanè quod caput non coronamus, ignoſcite. Auram boni floris naribus ducere, non occipitio, capilliſve ſolemus haurire. Nec mortuos coronamus, &c. Refert. *l.3.antiq. Convival. Gulielm. Stuckius A.D.*

* QUIS LICITUS?

Coronarum adhuc hodie in Sum. Pontificum, Regum, ac Imperatorum inauguationibus, tanquam Imperii inſignę, uſum, & geſtamen Chriſtiani agnoſcunt, eſtque coronationis formula Pont. Rom. inſerta, ad quod curioſum Lectorem remittimus. Sed & in Exequiis ipſorum ſolemnibus ſpectandæ proponuntur.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

Coronarum autem florearum, aut byſſinarum, in nuptialibus epulis, ac feſtivitatibus, uſus frequens etiam perſeverat. E
Atque ut olim, ita & nunc, Sponſæ virgini corona imponitur. Inſuper Sacerdoti prima Deo vota facienti coronæ geſtamen pleriſque locis adhibetur: quod velut Chriſto deſponſatus, regalis ſacerdotii primum, propriumque munus exequatur: Solemne etiam, ut convivantes coronam induant, ac capiti per ordinem imponant, vota ſua hoſpiti, ſponſo, ſponſæve deferant, eorumque ſalutem pleno cyatho delibent.

In media Germania, ait *Stuckius ſupra c.19. in fine*, ſingulis convivis ſubinde alias, & alias coronas imponi moris eſt, de variis florum pro tempore generibus, aut etiam ex chartarum faſciis depictis, aut ex equinis fetis tinctis: velut olim *Plinio teſte*, ex ramento cornuum tincto, concinnatas, conſtat. Ita ut coronariæ mulieres apud illos non modicum quæſtum faciant. Pleriſque locis menſæ coronantur: alibi per vices imponuntur convivantibus. In Belgio, quod verbo inſinuavimus ſuprà; dum effertur cadaver pueri, aut innuptæ, ſolet in teſtimonium virginitatis; coronis ternis adornari feretrum, & ita ad tumulum deferri: qui poſtmodum etiam floribus, & coronis alibi decoratur. F

Corpus.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

CORpus Græcè σῶμα dicitur. Eſt autem corpus, quod omni quaque diviſibile eſt. *ſec. Ariſt.l.1.de Cęlo, & Mundo.*

Corpus eſt magnitudo, quæ ad tria dividitur. *ut ibid.*

Corpus eſt omne id, quod habet trinam dimenſionem, ſcil. longum, latum & profundum, *ſecundùm Albert. Magnum.*

* CORPORIS DIVISIO.

Corporum differentiæ plures ſunt. Quædam enim ſunt ingenerabilia, & incorruptibilia, ut orbes cęleſtes. Quædam corruptibilia, & generabilia, ut omnia reliqua: Quædam ſunt inſenſibilia, & inanimata: Alia ſenſum, & vitam habentia: & illa rurſus varia ſunt, juxta ſitum, naturam, & qualitates uniuſcujuſque. In quo admiranda Conditoris ſapientia, & bonitas, & potentia elucet, dum alia in aere, alia in terra, quædam etiam in igne, & aqua naturaliter degunt, ſecundùm qualitatem elementi, quod in illis dominatur. Alia ſunt ſimplicia: ut cœ- G
lum, & elementa: alia ſunt compoſita, quæ conſtant materia, & forma: ut omnia mixta. Item aliud naturale, aliud artificiale.

PRÆSTANTIA.

Corpora incorruptibilia ſunt præſtantiora corruptibilibus, ſpectato in illis modo eſſendi, formam enim inſeparabiliter informare excellentius eſt, quam ſi informet ſeparabiliter. Alia tamen ratione. Corpora animata præſtant inanimatis, & inter hæc rationis capacia, irrationabilibus: atque inter illa, nobiliora ſunt ſenſitiva iis, quæ vegetantur dumtaxat, ſenſuſque ſunt expertia. Inter omnia verò corpora ſublunaria viventia, homo primam dignitatem habet, qui eſt velut magnum mundi miraculum, immò parvus mundus. ☞ *De quo conſ. Loc. particularem.*

* DE CORPORE HUMANO.

Humani corporis excellentiam, non ſolùm ex eo, quod animæ ſit domicilium, & tot nobilium actionum inſtrumentum metitur, ſed etiam ex mira illius fabrica, & politia, ac optima membrorum omnium proportione eruitur. De qua lege Andream Veſalium, & alios, qui de Anatomia ſcripſerunt: Circa illud autem plura veniunt in conſiderationem. H

Puta * STATURA. Sive QUANTITAS.

Juſta menſura humani corporis quatuor cubitis definitur, vel ſex pedibus: cubitus enim uno pede, & dimidio conſtat. Pes autem quatuor palmis, palmus quatuor digitis ſecundùm latitudinem inter ſe junctis. Quantum autem ſpatium hominis à veſtigio ad verticem, tantum eſſe paſſis manibus inter longiſſimo digitos, obſervatum eſt, ut tradit *Plin.l.7.c.17.* Totius autem longitudinis humani corporis: facies ab imo mento uſq; ad ſummam frontem, vel imam radicem capillorum, eſt pars decima, eandemque rationem habet habitus totius frontis. Dividitur autem facies in tres partes æquales, unam ab imo mento ad imas nares, alteram inde uſque ad ſupercilia: tertiam inde uſque ad ſummam frontem. Longitudo oculi, ab uno angulo ad alterum oppoſitum, pars eſt quadrageſima quinta, & itidem ſe habet intervallum, & diſtãtia inter utrumq; oculum.

Nasi longitudo est trigesima pars, ejusque foramen est cen-
A tesima octogesima. Ambitus oris, & auris, est decima-
quinta. Totum caput ab imo usque ad verticem est
octava pars. Colli magnitudo est decimaquinta. Longitu-
do pectoris propriè dicti, itemque latitudo ferè sexta pars
est. Umbilicus dimidium corporis locum tenens, insum in
duas partes æquales dividit, tota longitudo femorum, &
crurum usque ad pedum vestigia paulò minor est dimidia
parte. Longitudo pedis sexta pars est, sicut propè etiam
brachii usque ad cubitum, & cubiti usque ad manum.
Manus verò decima pars est. *Lege Vitruvium init. lib.*13.
*& interpretes ejus Philandr. & Daniel. Barbarum Car-
dan. item extremo lib.*11. *de subtilitat.*

Aristot. notavit *Lib.*1. *de generat. animal.c.*18. hominem
quinquennio habere circiter dimidium magnitudinis, quam
habiturus est reliqua ætate: quod trimatui adscribit *Plin. S.
August. lib.*15.*de civit.c.*26. scribit, Humani corporis longitu-
dinem à vertice usque ad vestigia, sexies tantùm habere, quan-
tum latitudo, quæ est ab uno latere ad aliud: & decies tan-
tùm quàm altitudo, cujus altitudinis mensura est in latere à
dorso ad ventrem. ☞ *Vide Tit. Gigantum, Pusillorum.*

B

CULTUS.

TOTIUS CORPORIS CULTUS
Observatus.

*Consule Tit. Luxuriosorum circa vestitum, cultum. Item
corporis cultus in genere. In Loco de Luxu.*

Thamar nurus Judæ, neptis Jacob, volens socerum allic-
cere, ut ex illo conciperet, depositis viduitatis vestibus, or-
navit se, & assumpsit theristrum. *Gen.*38.

Judith vestes viduitatis exuit, corpus aqua perluit, unguen-
to unxit, discriminavit capillum, vestes induit elegantes, qui-
bus vivente adhuc Manasse marito ornari consueverat, armil-
lis, brachialibus, annulis, inauribus, uti Holofernem deci-
pere posset. Testatur ea ipsa, quòd ornamenta, quæ asumpsit,
deceperint Holofernem. *Judith.c.*10.*&* 16.

Persarum Reges gynæceo suo præpositos habebant Spado-
nes, quorum munus erat 12. mensibus Concubinas regis co-
mere, sex mensibus oleo myrtino attributis, & totidem odo-
ribus, & pigmentis muliebribus. Ita demum puella ad regem
C ex gynæceo intromittebatur, & manè in alterum gynæceum
redibat: neque ampliùs ad regem intromittebatur, nisi ea de-
lectato rege vocaretur nominatim. *Esth.*2.

Medorum mos erat, oculis pictis incedere, colorato ca-
pillo, coma protensa, circa collum monili, & armillis
circa manus: capite velato, veste pellucida, & fluida.
*Alex. ab Alex. l.*5.*c.*18.

Veteres Athenienses, purpureas vestes induere soliti sunt, &
variis amiciri tunicis. Corymbis implicarunt capillos, & os au-
reis cicadis, aliisque ornamentis ex auro appositiis circumdan-
tes, in publicum processerunt. *Ælian. l.*4.*Var. hist.*

Diogenes Cynicus videns Vetulam deformosissimam curi-
osiùs se exornantem: Frustra te ornas, ait: nam si vivos tuo
lenocinio allicere voles, plurimum falleris insana: si verò de-
functorum umbras, ne quæso differas diù. *Stobæus.*

Clisthenes olim (an Sicyonionum tyrannus) malè audiit, &
comicorum conviciis laceratus est, quod parum vir haberetur,
seseque cultu indecoro velut in mulierem transfiguraret, Sar-
D danapalum illum Assyrium imitatus sic, ut in proverbium
abierit. *Aristophan. ἐν δεσμοφορουσαις,*

Teipsum vides? non per Jovem, sed Clisthenem.

Suidas ait, convenire in eos, qui levi, derasaque sunt cute.
Nam hic mos Clistheni, barba derasa semper esse, quo juvenis
etiam dum videretur. *Erasm. in Adag.*

Philostratum Aristophanes quendam lasciviusculè se or-
nantem, Cynalopeca vocabat, vocabulo ex cane, & vul-
pe concinnato.

Aristoteles Stagirita philosophus decorus habitu, &
nitido vestitu fuit, tonsa coma, digitis redimitis auro. *Alex.
ab Alex. l.*5.*c.*18.

Hippodamus Milesius natura severus, ob ambitionem
morosus, crinium prolixitate, & sumptuoso ornatu. *Aristot.
lib. Politicorum.*

Diogenes videns quendam rasa facie, comptum, ac odo-
ribus perfusum, vestibusque, quæ res hujusmodi sequuntur,
indutum: Se priùs quæsivisse, dixit, quid foret insigne scor-
tum; at nunc demùm repetisse. *Athen. l.*13.*c.*6.

Annibal Carthaginensium dux appostititios paravit ca-
pillos, qui convenirent pro insignioribus ætatum discrimi-E
nibus elegantiori vestitui: hisque subinde mutatis utebatur.
Suidas.

Nero circa cultum adeò pudendus fuit, ut comam semper
in gradus formatam, peregrinatione Achaica etiam ponè ver-
ticem summiserit: ac plerunque syntesim indutus, ligato circ-
ca collum sudario prodierit in publicum, sine cinctu, & dis-
calceatus. *Sueton. in Nerone.*

Neglectus.

De Esther legitur, quòd quando debuit intrare ad re-
gem, non quesivit muliebrem cultum, sicut faciebant aliæ
mulieres. *Esth.*2.

Aspasia Milesia cum aliis quibusdam Jonicis virginibus
in gynæceum Artaxerxis Regis Persarum introducta, cum
reliquæ fuco, cultuque corporis sese regi insinuare cona-
rentur, illa simplici, & nativa forma regi acceptissima
fuit. *Ælian.*

Lacedæmoniorum feminis omnis ornatus, & mundus mu-
liebris ereptus est. Neque enim comam nutrire dabatur, ne-
que aurum gestare. *Heraclid. in Polit.*

Phrine meretrix famosissima in convivio surgens, faciem in
conspectu omnium aqua pura abluit, & ad id imitandum ex le-F
ge certaminis propositi reliquas amicas perpulit. Itaque reli-
quarum purpurisso defluente, ipsa sola ob insignem formæ
elegantiam cæteris apparuit pulchrior. *Plut.*

PARTIUM CORPORIS CULTUS.
Scapularum.

Analectides dicuntur, quibus ex xylino lino, vel quavis
materia, tanquam pulvillis constipant scapulas prominentes
Puellæ, ut videri habitiores possint. Hinc *Ovidius.*

*Conveniunt tenues scapulis analectides altis,
Augustum circa fascia pectus eat.*

*Cæl. lib.*13.*c.*31.*A. L.*

CAPITIS, FACIEI.
☞ *Vide Fucos.*

Audito adventu Jesu, qui occiderat Joram Regem Israelita-
rum, Jezabel vidua, spe fortassis inescandi specie sua victorem,
pinxit oculos stibio, & ornavit caput suum. 4 *Reg. c.*9

Demetrius Poliorcetes Rex, post amplissima victoria in venu-
state conservanda, comparandaque multos annos consumpsit,
capillos decorè pectendo, & rusos faciendo, faciem pinxit, G
& inunxit, quò formosissimus ab omnibus judicaretur.
*Ælian. lib.*9. *de var. hist.*

Thracibus punctas notis habere frontes, nobile judicatur:
non habere notatas punctis, ignobile. *Herod. l.*5.

Brasilienses viri à fronte ad medium verticem caput abra-
dunt. Qui verò elegantius ornari volunt, aures, & nares, &
labia, & facies etiam perforant, & in locis illis lapillos variis
distinctos coloribus infigunt. Mulieres autem pro lapillis, mi-
nutis conchyliis, quæ apud illas in magno pretio sunt, simili-
ter excoluntur. *Osor. l.*2.*Rer. Emm.*

UNGUIUM CURA.
Aliqua.

Ῥοπακοδύμους vocant Græci eos, qui sub unguibus sordes
congerunt. Euclio Plautinus è tonstrina etiam unguium præ-
segmina referre solebat.

Apud Horatium Vultejus Mena, præco,

—— *Vacua tonsoris in umbra* H
Cultello proprios purgabat leviter ungues.

Flamen Dialis apud Rom. unguium præsegmina subter arbo-
rem siliquam terra operiebat. *Gell. l.*10.*c.*15.

Nulla.

Nos vidimus Joan. Petrum Bosisium fabri lignarii Bononien-
sis filium, juvenem annos 20. plusve natum, cui ungues nun-
quam secare aut necesse fuit, aut contigit. *Cardanus de Subtili-
tate, lib. de Hom. necess. & forma.*

ANI EXTERSIO, LOTIO.

Allio veteres Athenienses copiosè sunt usi. Eodem poste-
riores tergendis natibus usos, Aristophanes ironicè innuit: Ab-
stergemus nos non pumicibus ampliùs, sed cauliculis, alii præ
luxu: *Suid. in voce.* σκορδία.

Aristophanes in Vespis: πρωκτὸς λαπρῶ πεφυκάμενος, id est,
Podex pervineens loturam. Ex veterum monumentis depre-
hensum fuisse morem publicum, ut post exoneratam alvum
adhiberetur ejus partis lotio, quæ tamen subinde erat repeten-
da. Martialis inter Isiæ Carellæ laudes commemorat, quod post
depositum ventris onus rogaret lavari. Legimus & barbarum
quendam

quendam servitutis impatientem, ligno, cui spongia erat addita
A tergendo podici, in gulam adacto, sibi conscivisse necem.
Erasm. in Ad.

FUCUS CORPORIS.
Observatus.

Zygantes Asti, qui simiis tantùm vescuntur, corpus minio
inficiunt. *Herod. l.*4.

Hyporeæ Æthiopiæ populi, atri coloris, tota corpora rubri-
ca illinunt.

De Meretricum fuco *Vide Athen. l.*13.*c.*6.

Scytharum mulieres capitvarum Thracum corpora sibulis
distinguebant, ac variabant, picturamqi imprimebant. Thraces,
ut injuriam abolerent, reliquam corporis partem pictura varie-
garunt: ita ut injuriæ pudorique impressi nota, in varietatem
conversa ornamenti nomine, priorem ignominiam deleret.
*Athen. l.*12.*c.*7.

NEGLECTUS.

Alphonsus Aragonum rex, cùm triumphalem currum as-
cenderet, non defuerunt, qui admonerent, ut triumphantium
B Rom. more vultum minio illineret. Tum rex dixisse fertur, mi-
nium Baccho soli convenire, qui non solùm triumphaui, sed vi-
ni etiam reperto extitisset. *Antonius Panormita de Rebus gestis
Alphonsi.*

Daci, & Sarmatæ corpora sua succis herbarum inscribebant:
Britannorum feminæ quibusdam in sacris glasti succo totum
corpus oblitæ incedebant, Æthiopum colorem imitantes.
*Plin. l.*22.*c.*1. Ipsi quinetiam viri pallro corpus inficiebant, ut
hostibus horridiores viderentur. Hinc passim à poetis picti
Britanni vocantur.

* De Phryne merettrice narratur supra.

CORPORIS NOTÆ.
Effigies quædam.

In Seleuci femore ancora efficta visebatur, cujus imago po-
steris familiæ nativa apparuit. Sicut Thebis habere lanceam ge-
nitivis notis Spartorum nomini, & familiæ datum erat. Inter
quos fertur in brachio Dacorum notam originis quarto quoque
partu regenerari. *Alexander ab Alexandro lib.*2.*c.*19.

Ex Pythonis Nisibensis, quem fama erat cognatione Spar-
C tos attingere, liberis ille, qui ætate Plutarchi decessit, figuram
edidit in corpore lanceæ: tanto intervallo extulit se, & emicuit,
sicut ex profundo affinitas gentilitia. Perinde frequenter mo-
res, & motus animi recondunt, & supprimunt primæ soboles,
post verò & per alias germinat, & refert vitiorum, vel virtu-
tum natura exemplar. *Plut. de tarda Dei vindicta.*

Augustus Cæsar corpore traditur maculoso, dispersis per-
pectus atque alvum genitivis notis, in modum, & ordinem,
ac numerum stellarum cœlestis Ursæ: sed & callis quibusdam
ex prurigine corporis, assiduoque & vehementi strigili usu,
plurifariam contractis, ad impetiginis formam. *Suet.*

Georgius Castriotus, Scanderbechus, Epiri princeps,
militari fortitudine antiquis Imp. comparandus, gladii effi-
giem in dextro brachio in nativitate habuit. *Pontanus l.*2.*belli
Neap.*

MACULÆ.

Nero Cæsar corpore maculoso fuit, atque fœdo. *Suet.*

D

COLOR.
Albus.

Cùm jussu Agesilai captivi Asiani detractis vestibus sub co-
rona venirent, auctionem fecerunt prædæ, qui ei rei erant pre-
positi: cumque vestes quidem complures licerentur, corpora
verò ex vita umbratili candida, & mollia deriderent, ut inutilia,
& vilia, assistens Agesilaus: Hi sunt, inquit, quidusdam dimi-
catis: illæ, propter quas dimicatis. *Plut. in Apopth.*

Fulvus.

Scytharum gens fulvi coloris est propter frigus ingens. Nam
cùm solem minimè ardentem habeant, à frigore albedo illo-
rum exuritur, & fit fulva. *Hip. de Aere, aquis, locis.*

Niger.

Elide Mulierem ab Æthiope adultero imprægnatam; filiam
peperisse albam, tradit *Arist.* atque ex hac natum Æthiopem.
Antigon. in Mirab. narrat.

Chærephontem Socratis familiarem, quia nigricantis erat
coloris, intersuso pallore, nycterida cognominatum, ajunt,
hoc est, vespertilionem: atque item pyxynon, id est, buxeum.
Hic est Chærephon, cui respondisse Pythiam ferunt: σοφὸς σο-
φοκλῆς, σοφώτερος εὐριπίδης, ἀνδρῶν δὲ πάντων σοκράτης σο-E
φώτατος: id est, Sapiens quidem Sophocles, sapientior verò
Euripides, at omnium sapientissimus Socrates. *Cælius lib.*13.
*cap.*1.*A. L.*

Ruber.

*Diodorus l.*2. Cùm Typhon, qui Osiridem fratrem interem-
mit, rufus esset, ut melius placaretur Osiris, magnus Deus,
institutum boves ruffos, homines etiam ruffos ad ejus sepul-
crum immolari. Hac de causa cùm pauci ruffi Ægyptii reperi-
rentur, externi complures, materia fabulandi Græcis fuis da-
ta Busfridem hospitis necasse. Sed ea crudelitate Osiridis sepul-
crum notatum est, *Lud. Vives in l.*18.*de Civit. Dei, c.*11.

Conformatio Vitiosa.

Filii insigniti Plauto, qui ex ventre matris notam accepere,
vari, valgi, campences, peri, bronci.

ODOR SUAVIS.
Suaveolentia totius Corporis.

Isis regis Ægyptiorum Alexandri nutrix facta, dum Osiridis
à Typhone cæsi cadaver persequitur, Ancillis regiæ Astartes
mirificam fragrantiam aspiravit. *Plut. de Iside.*

Alexandri Magni odorem ex cute gratissimum afflasse, os F
ejus, totumque corpus reddidisse fragrantiam, quam interiores
tunicæ retinebant, in commentariis Aristoxeni legimus. In
causa fuit fortassis fervidum, & igneum corporis ejus tempe-
ramentum. Gignitur enim odoris suavitas, ut Theophrasti est
opinio, concoctis à calore humoribus. Unde aridi, & fervidi
tractus plurima, & optima aromata edunt. Exhaurit enim sol
humorem in summis corporibus existentem, ut putredinis ma-
teriam. Alexandrum autem calor corporis vinosum reddidit,
& iracundum. *Plut. in Alex. & l.*1.*Con. q.*6.

ODOR FOETIDUS.
Graveolentia totius Corporis.

Judæi olidi vulgò creduntur esse, & virulentum ex se odo-
rem emittere. Sive id ex mala victus ratione accidat, sive ex eo
quod cùm mensarii ferè sint, nullaque exercitatione utantur,
alimentum probè non concoquunt: unde fœtidæ fuligines per
corpus universum expellantur. *Fr. Philelph. in Epistolis suis.*
Alludit huc fortassis & *Martialis*, quando inquit:

—— *& jejunia Sabbatariorum.*

Causam referunt in id, quòd jejuni malè olentem habent
anhelitum.

Ozolæ Locri indigenæ fuisse narrantur. Cùmque vestem te-G
xere nondum didicissent, velarunt corpora ad frigus propul-
sandum ferarum recentibus coriis, pilo extrorsum converso,
quo vestitus plus decoris haberet. Itaque cùm consimilem ter-
goribus odorem membra redolerent, à virulento illo odore no-
men obtinuerunt, ἀπὸ τοῦ ὄζου. *Pausanias in Phocicis.* Myrsi-
lus verò Lesbius, Ozolas ait gentile cognomen adeptos à fœ-
tore suæ regionis, maximè montis, qui Taphius appellatur,
unde in mare defluat quasi rivus purissimo in monte sepultum
fuisse Messum centaurum, ab Hercule interfectum. *Antigo-
nus de Mir. nar.* Alii ob Pythonem draconem mari ejectum,
qui illic computruerit. Alii ob regionem, magnam vim anthe-
mi ferentem. *Plut. in q. Græcis.*

Lemnias mulieres fœtorem contraxisse ajunt, cùm ad eas
Medea cum Jasone veniens, venenis regionem infecisset,
ac maximè eo tempore, quo Medea ibi fuit, ita eas olusisse,
ut viri earum abstinerent congressu. *Antigon. de Mir. nar.*
Alii aliter. Nempe, cùm Lemniæ mulieres Veneris sacri-
ficia sprevissent, dea irritata tantùm fœtorem illis immisit, H
ut à suis maritis contemnerentur, Zelotypia inde motæ,
viros, captivorum opera, unanimi consilio omnes per no-
ctem trucidarunt. *Natalis Comes Mythol. l.*4.*c.*13.

Catullus Rufum omnibus mulieribus invisum ob gra-
veolentiam infectatur.

*Lædit te quædam mala fabula, quæ tibi fertur
Valle sub alarum trux habitare caper.
Hunc metuunt omnes, neque mirum, nam mala valde est
Bestia, nec qui cum bella puella cubet.
Quare aut crudelem nasorum interfice pestem,
Aut admirari desine cur fugiant.*

De Telesilla hircum olentem. *Vide Lucianum* 2. *Græcorum
Epigram.*

In Demostratidem quandam. *Vide eundem ibidem.*

In Gelliam, *Martialis Epigrammatum l.*3.

*Quòd quacumque venis, Cosmum migrare putamus,
Et fuere excusso cinnama fusa vitro.*

Nolo peregrinis placeas tibi, Gellia, nugis:
A *Scis, puto, posse meum sic benè olere canem.*
In Coracinum. *idem Epigr. l.6.*
Quòd semper cassaque, cinnamoque,
Et nido niger altis superbæ,
Fragras plumbea Nicerotiana,
Rides nos, Coracine, nil olentes,
Malo, quàm benè olere, nil olere.
De Thaide *idem Epigram. l.6.*
Tam malè Thais olet, quàm non fullonis avari
Testa vetus, media sed modo fracta via.
Non ab amore recens hircus, non ora leonis,
Non detracta cani Transtiberina cutis.
Pullus abortivo nec cùm putrescit in ovo,
Amphora corrupto nec vitiata garo.
Viror at hoc alio fallax permutet odore,
Deposita quoties balnea veste petit.
Psilotro viret, aut acida latet oblita creta:
Aut tegitur pingui tergus, quaterque faba.
Cùm benè se tutam per fraudes mille putavit,
Omnia cùm fecit, Thaida Thais olet.
B De Phileni *idem Epigram. l.9.*
Tinctis murice vestibus quòd omni
Et nocte utitur, & die Philænis,
Non est ambitiosa, nec superba,
Delectatur odore, non colore.

Medicus quidam Asianus hircum sub alis tam putidum alebat, ut vir nullus elegantior ejus accessum ferre posset, nisi odoratis quibusdam inspersionibus virorem hunc priùs mitigasset. *Gal.l.6.Epidem.com.4.aphor.9.*

CORPORIS TOTIUS MOTUS.
Cujusmodi est

CIRCUMACTIO.

Numæ præceptum est, Circumage te, dum deos adoras: Sedeas, cum adoraveris. Conversio adorantium simulacrum orbis mundi dicitur esse: quo magis videatur, qui adorat deos (quando Orientem spectantibus templis adversus est ab ortu) eo se flectere, & mox convertere ad Deum, orbem conficiens, & committens ex ambobus consummationem precum. Nisi quid herclè similiter Ægyptiis rotis involvit, & significat hæc
C figuræ mutatio nihil esse in rebus humanis stabile, sed quò verterit, & voluerit vitam nostram deus, contentos esse nos, & boni debere consulere. *Plut. in Numa.*

Veteres Rom. in adorando dexteram ad osculum referebant, totumque corpus circumagebant. Quod in lævum Galli majore cum religione se facere putabant. *Plin.l.28.c.2.Plut.in quæst. Rom.* filios operto capite sesedant patrum busta περιστρέφων ait, hoc est, in gyrum circumagere, & hoc ipso tacitam quandam ἀποθέωσιν insinuare, quando primo esse inter cineres reperto, Deum ajunt cum, qui defunctus sit, factum.

EXURRECTIO.

Singulis Psalmorum locis ubi legitur Sela (legitur autem sæpissimè) Cantores, qui canebant illud, unà cum corpore attollebant vocem, ut David Kimhi Hæbræis commentariis in Psalmos notat: etsi eandem vocem Chaldæus æternitatem exponit, Symmachus & Theodotion διάψαλμα, Aaraham Abben Hezra, סלה, id est, verè. *Bodin.*

D *Athen. in Dipnos.lib.5.* ἡ τὸ διαμάσασθαι τὴν κεφαλὴν οὐκ καταβαίνοντες ὑπὸ τῆς μέθης, ὁ πότε τὴν τῶν ἀγομένων δύσεσι μέθαι, πάντες ἐξεγείρομεν, ἵστοι τὸ δὲ λεγόμενον, ἀνιστάμενοι. Id est: Et quod dictum merum, cùm depressi essemus, & capite gravato temulentia quoties spectassemus aliquid eorum, quæ inferebantur, omnes expergiscebamur recti, quod dici solet, surgentes. Accommodum erit, ubi significabimus aliquem toto pectore attentum ad rem quampiam. Erigunt enim se totos, & summis nonnunquam insistunt pedibus, qui auscultant, aut spectant avidiùs. *Erasm.in Adag.*

EXULTATIO.

Apud Nonium, frigere, & frigetire, & feritinare, subsilere est cum sono, vel erigi, & excitari: quod quæcumque friguntur, vel frigent nimio calore, & frigore. cùm sursum subsiliunt.

Agesilaum regem Spartanorum *Xenophon* tradit, cùm locupletaret amicos, exultasse: qui interim pecuniam ipse contemnebat. *Plut.in præceptis Politicis.*

Theogenes mathematicus cùm Octavii, etiamnum privati, genituram secessu Apolloniæ inspexisset, exilivit repentè, & adoravit eum. *Suet.* B

Nero defectione Vindicis è Gallia nunciata, urgentibus aliis super alios nunciis, Romam prætrepidus rediit: leviterque modò in itinere frivolo auspicio mente recreata, cùm annotasset insculptum monumento militem Gallum, ab equite Rom. oppressum, trahi crinibus, ad eam speciem exilivit gaudio, cœlumque adoravit. *Suet.in Nerone.*

Venerat ad Augustinum filium Monica mater Mediolanum usque ex Africa. Cui cùm ille indicasset, se non quidem jam ampliùs esse Manichæum, sed neque Catholicum Christianum: exilivit præ lætitia, certo sibi persuadens, illum porrò Ambrosii Episcopi concionibus ad veritatem perduci posse. *Testis ipsemet l.6.Confess.c.1.*

SALTATIO.

☞ *Saltatio inter Corporis Exercitia refertur. Hic eam ceu pedissequam Animi motuum consideramus.*

Priscos Hebræos in templum apportantes munera, cùm prope altare accederent, saltavisse constat, ut David Kimhi in *Psal.41.* annotavit: Davidem quoqs ad testificandam lætitiam animi sui, cùm præiret arcæ, canentem, *Psal.47.* & psallentem saltavisse. F
Saulem etiam legimus à Samuele ad prophetas ablegatum esse saltantes, & laudantes Deum instrumentis musicis; prout mosica hominibus ad Dei laudes lato, & hilari animo potissimum efferendas fuit attributa. Sed corporis motus nihil habebat insolens, quin potiùs lenitas illius animum in cœlum quodammodo extollebat, quod officium est Deo acceptissimum. *Bodin.*

DEAMBULATIO.

☞ *Hæc ipsa ad Corporis Exercitia pertinet. Ut verò Animi relaxandi causa suscipitur, hujus est loci.*

Apud *Athen.l.4.* refert *Xenophon* quiddam non infestivum de Socrate, qui frequenter ad multam vesperam ambulare consueverat ante ædes suas, percontantibus quid illic ageret? Obsonium, inquit comparo in cœnam.

STATIO.

Veteres Dani lecturi regem affixis humo saxis insistere, suffragiaque promere consueverant: subjectorum lapidum firmitate facti constantiam ominantes. *Saxo l.1.* G

VOLUTATIO.

C. Caligula novissimè contrectandæ pecuniæ cupidine in census, sæpe super immensos aureorum acervos patentissimo diffuso loco & nudis pedibus spatiatus, & toto corpore aliquandiu volutatus. *Suet.in Caligula.*

Maximinus Imp. S.C. de se hoste declarato accipiens, homo natura ferus sic exarsit, ut non hominem, sed belluam putares. Jaciebat se in parietes, nonnunquam terræ se prosternebat. Exclamabat inconditè, arripiebat gladium, quasi senatum posset occidere: conscindebat vestem regiam, alios verberibus afficiebat, & nisi de medio recessisset, ut quidam sunt auctores, oculos filio adolescentulo sustulisset. Causa autem iracundiæ contra filium hæc fuit: Quod cum Romam ire jusserat, cùm primùm imperator factus est: & ille partis nimio amore neglexerat: putabat autem, quòd si ille Romæ fuisset, nihil ausurus fuisset Senatus. *Capitol.in Maximino.* H

CORPORIS TOTIUS QUIES.
Huc pertinet

IMMOBILITAS.

☞ *Qui in insidiis latent, ipsa corporis quiete ad institutum suum celandum utuntur.*

Constantinus Imp. Magnentio superato, Romam veniens fausti populi vocibus Augustus salutatus, alto vocum simul, lituorumque fragore cohorruit, atque immobilem, se qualis in provinciis visebatur, exhibuit. Nam & corpus perhumile curvabat, portas celsas subiens, & velut collo munito rectam aciem luminum tendens, nec dextra, nec læva vultum flectebat, nec spuens, aut os, aut nasum tergens, vel fricans, manumve movens. *Marcell.l.21.*

SESSIO.

Apud Scythas, & Latinos supplicem in lare sedere, tacitum objurationis, & maximum supplicandi genus notabatur. *Alex.ad Alex.l.2.c.9.*

Considere ab adoratione, omen esse dictant Romani ratarum

ratarum precum, & felicitatis in posterùm durabilis: Ajunt
A etiam hanc requiem dispertitionem esse negotiorum: quasi actionibus explicatis prioribus, considerant coram diis, ut auspicentur ab iisdem alias. *Plut. in Numa. & in q. Rom.*

DECUBITUS.

☞ *Ut quies hæc est, corporis, ad corporea pertinet. Ut animi perturbationis nota, hujus erit loci. Consule etiam Gestum precantium.*

PARTIUM CORPORIS ACCIDENTIA
Secundum Magnitudinem, Numerum, Conformationem, Situm, Unitatem.

CALVARIÆ.

In Platæensi strage Persæ caput repertum, *Herodotus lib.9.* scribit, nulla prorsus futurarum commissura. Cui Aratus suc-
B cinere videtur:
Πολλοὶ δ' ἀῤῥαφίες κεφαλαὶ πάγαν ἀνδρώπουσι.
id est, Capitum pleraque hominibus, citra futuras compacta sunt. Arrianus Æthiopum capita futuris nullis esse laxa prodidit. *Cæl.l.13.c.28.A.L.*

Herodotus auctor est, spectasse se ad Pelusium eorum ossa, qui acie illa occubuere, utraque ab alteris discreta, animadversamque à se, & iis, qui secum aderant, rem memoratu dignam, quòd Persarum capita adeò fragilia essent, ut vel taliro perfringerentur, contrà quæ Ægyptiorum fuisse dicebantur, tam solida, ut ne lapidis quidem ictu temere comminuerentur. Compertum ex his habuisse, Ægyptiorum calvarias, quia ab initio ea gens raderetur, & ad solem obdusceret, diutiùs cœlesti injuriæ restitisse: contrà in Persis evenire, qui pileis, mitrisque tegerent capita. *Sab.l.7.Enn.2.*

CAPITIS.
Figura.

Macrocephalis Scythis nulla gens est, quæ similia capita habeat. A Principio igitur institutum hominum causam dedisse videtur, ut tam sint longis capitibus. Nunc autem natura ipsa
C cum lege conspiravit. Si quidem generosissimum apud eos putatur, caput habere quàm maximè longum. Legis verò hæc ratio est. Cùm recens infans natus est, caput ejus adhuc tenerum, ac mollę existens, quàm telertimè refingunt manibus, constringendoque cogunt in longitudinem augeri, vinculis adhibitis, aliisque instrumentis opportunis, quibus rotunditas capitis inhibeatur, longitudo augeatur. Ab hujusmodi lege sive instituto principium naturæ datum. Temporis deinde progressu in naturam penitus abiit, ut non esset necesse ampliùs legem adhibere. Etsi nunc non tam longis ampliùs nascantur capitibus quemadmodùm priùs, lege per incuriam hominum non ampliùs durante. *Hip.de Aere, aquis, locis.*

Thersites φοξὸς ἦν κεφαλήν. ☞ *Sub Tit. Deformium.*

Pericles Atheniensis forma fuit reliqui corporis decenti, sed capite oblongo, nec congruente. Unde statuæ ejus galeatæ sunt, penè omnes, tegentibus artificibus hoc vitium. At poetæ Attici Schinocephaicum eum vocaverunt: Scillam enim nonnunquam schinon appellant. Teleclides nunc præ multitudine negotiorum sedere consilii inopem ait eum in urbe capite gra-
D vatum, nunc ex capite hendecaclino (quasi dicat, sesquipedali) ingentem exoriri tumultum. *Plut. in Pericle.*

Philocles, comicus poeta, capite acuto, & fastigiato, instar upupæ, Æschyli ex sorore nepos. Alii Halmiona eum dicunt, quasi salicatorem, ob acrimoniam. *Suidas.*

Ex Aristophanis Avibus colligimus Philocleti cuidam turbinato capite deformato, fuisse nomen *Corydo.*

Magnitudo.

Pericles Atheniensis caput maximum habuit, Comicorum disteriis exagitatum, teste *Gal.l.6. Epid.com.1.aphor.37.* Cratinus verò etiam κεφαλογένειον ab Diis vocatum commiscitur, ut qui nimio plus in caput extumuisset. *Cæl.l.20.c.12.A.L.*

Mahometus pseudopropheta caput immensum habuit, faciem albedine, & rubore mixtam, barbam prolixam, pedes agillimos. *Chronicon Saracenorum.*

FACIEI, sive Vultus
Compositio naturalis. De voluntaria, & affectata, inter Affectus agitur.

Pyrrhus Epiratarum rex, prætulit vultu atrociore, quàm *B.L.Theat. vit. Human.* Tom. I I.

augustiore, majestatem regiam. Itaque Argia tegula desuper ictus, cùm Zopyrus Macedo, ut caput ei decuteret, E
gladium strinxisset, adeò eum intuitus est torvè, ut ille expavescens vix longo spacio tremebundus caput ei amputaret. *Plut. in ejus vita.*

Phocion Atheniensis quamvis moribus esset mansuetissimis, facillimisque, vultum tamen morosum, & tetricum repræsentabat. Unde facilè nemo alienior convenit solus: Itaque, cùm Chares aliquando supercilia ejus perstringeret, accideretque populus Atheniensis: Nihil hoc vobis, inquit, mœroris intulit supercilium? At horum risus multas civitati lacrymas invexit. *Plut. in Phocione.*

C. Marius septies consul, ea fuit faciei truculentia, ut Minturnis immissum percussorem solo aspectu deterruerit. *Plut. in Mario.*

Vespasianus Imp. statura fuit quadrata, compactis, firmisque membris, vultu veluti nitenti: unde quidam Urbanorum non insacetè: siquidem petenti, ut & in se aliquid diceret: dicam, inquit, cùm ventrem exonerare desieris. *Suetonius.* In eum, sed mutato nomine, quidam referunt *Martialis Epigram.lib.3.* F

Vetere Lactucis, & mollibus utere malvis:
Nam faciem duram, Phœbe, cacantis habes:

Britannorum rex Cadovallo, Anglici nominis hostis crudelissimus, qui Eduinum, Officum & Enfredum Northumbrorum reges interfecit, fuit natura, & vultu multo terribilior: qua de causa ferunt, Britannos illi posteà statuam posuisse, ut hostibus eam intuentibus formidinis esset. Tandem ab Osualdo Northumbrorum rege pietate insigni, acie cæsus occubuit. *Polyd.lib.4.*

Color.

Olim vulgari convicio Cossi dicebantur homines natura rugosi, à similitudine vermium, qui lignis innascuntur. Si natura rugas habent, ut se contrahant, ac porrigant. Quorum *Plut.* meminit, *l.11.c.30.* rursus *.l.30.c.13.*

Mnesaretæ meretrici famosissimæ nomen fuit, Phrynæ cognomen palloris causa. *Plut.in Pythiæ oraculis.*

M. Cato facie fuit subrufus, & cæsius, ut declarat cum sel-
le ille, qui hoc minutum Epigramma fecit. G

Rufum, mordacem, glaucumve, quidem exanimatum
Porcium in infernum Persephone recipit.

Plutarchus *in Catone.*

Dioscorides medicus Phacas cognomento dictus est, propter nigras in facie maculas. *Suidas.*

L. Com. Syllæ oculos glaucos, qui perquàm erant amari, & truces, color facici magis efferabat aspectu. Effloresceba t enim aspera rubedo albedine sparsim interfusa. Unde fertur, nomen traxisse ex colore appositum. Et sannio quidam Athenis obliquè hunc versum in eum jaculatus est.

Molam si spargas farina, talis extat forma Syllæ,
Plut. in Sylla.

Paulina, cùm Senecæ marito venas Nero Imp. secari jussisset, ut ipsa fidissima im morte comes esset, etiam sibi secandas curavit. Nero re cognita, misit qui ei sanguinem sisterent. Itaque illa quidem in vita permisit, pallida tamen semper extitit pudici amoris sui signa retinens.

Vitellio Imp. facies rubicunda plerunque erat ex vinolentia. *Suet.*

Constantius Imp. Chlorus cognomento, quasi viridis, à H
colore appellatus est. *Cusp.*

Magnus Sfortia erat facie subagresti, parumque hilari, uti à plumbeo quodam pallore subfusca, cum & oculi colore cæsii minaci specie intra cavos orbes multum recederent, & supercilia maximè pilosa prominere videtentur. Sed nasus à medio clarus, nec aduncus tamen, labra decentia, & candidissimi dentes, illud os probum affingebant. *Jovius in vita Sfortiæ.*

Tumor.

Tiberius Cæsar erat facie honesta: in qua tamen crebri, & subiti tumores. *Suet.*

Figura.

Philopoemenes Tegeates sive Hegolopolitanus, dux Arcadum bellicosissimus, corporis magnitudine, & robore nulli Peloponnensium inferior fuit, sed facie fœdissima. *Pausanias in Arcadicis.*

Cùm majores nostri (inquit, *Bodin.c.5 Methodi hist.* de Gallis) vultu oblongos formosiores esse putarent, obstetrices sensim præfecerunt, ut longissimæ viderentur. Id quod videre est in antiquis statuis, & imaginibus.

OCULORUM.

Splendor.

Augusto fuere clari, & nitidi oculi, & quibus credi volebat aliquid divini vigoris inesse: gaudebatque si quis sibi acrius intuentis quasi ad fulgorem Solis vultum demisisset. Plinius, quòd penè diversum est, glaucos fuisse ait, iracundeque ferrè solitum, si quis eo intentius spectasset. *Sab.l.1.En.7.* Sextus Aurelius scribit, Augustum fuisse toto corpore pulchrum: sed oculis magis, quorum acies clarissimorum siderum modo promicabat.

Jon Chius Herculem memorat, igneum splendorem ex oculis effudisse, ut ait *Zetzes hist.*105. *Chil.3. Natalis Comes Mythol.lib.7.c.1.*

Magnitudo.

Tiberius prægrandibus fuit oculis, & qui (quod mirum esset) noctu etiam, & in tenebris viderent, sed ad breve, & cùm primùm à somno parsissent, demùm rursum hebescebant. *Suet.*

Color.

Anastasius Imp. Dicorus appellatus est, quoniam diversi coloris pupillas in oculis haberet: dextra enim nigrior, læva pupilla magis glauca fuit. *ut scribit Zonaras.*

Nero Cæsar oculis fuit cæsis, & hebetioribus. *Suet.*

Budini Scythæ, ingens natio, vehementer cæsiis oculis omnis, ac russa est. *Herod.lib.4.*

Compositio.

C. Caligula vultum natura horridum, ac tetrum etiam ex industria efferebat: componens ad speculum in omnem terrorem, ac formidinem. *Suet. in Caligula.*

NARIUM. Huc Pertinent

Nasuti, Nasones.

De Gastroris naso *in 2. Epig. εἰς δυσωδῆς.*

Πεῖς κάσορός ἐστιν ὅσφρησιν σκάπτων τὰ δίκελλα.
σάλπιγξ δ' ἂν ῥήγνυ, λῶ ᾖ τρύγη δρέπανον.
ἐν πλοίοις, ἄγκυρα κατὰ πάσσοντι δ' ἄροτρον.
ἄγκιστρον ναύπαις, ὀλοφύγοις κρεάγρα,
ναυπηγοῖς κίνδυνα, γεωργοῖς ᾖ πρασέκπορον.
τέκνοσιν, αἶσιν τοῖς δὲ πυλοῦσι, κόρυζ.

C ὄνος ἐπιχήτου σκώπτω κάσορ, ἀντύχεια,
ῥῖνα φέρων πάσης ἄρμενον ἐργασίας.

De Hermocrate *Theodorus ibidem:*

Ἑρμοκράτης εἰς ῥινὸς ἐπὶ τῷ ῥῖνα λέγοντες
ἑρμοκράτης, μικροῖς μικραχωμεζόμεθα.

De Sosipoli *ibidem Leonides.*

Ἰχθῦν ὁ γρυπὸς σωσίπολις οὐκ ἀγορεύει,
φοῖνικα δ' ἔχει πολλῷ ἧς ἄλλος ὑβριστῶν.
ἐλίνον, ὁ κάλαμον τροσάγων, τῇ ῥῖνι δὲ φοῖνιξ
ἄγκιστρον, τύρα πάσαις τὰ ἰνχόμενα.

Idem de Antimacho.

Ζωγύρου ὄκνος κατεκλάσθη. πολλὰ δ' ἐμόχθει,
ἐκ θοεῖδος ζητῶν ἀνδὸν ὑπερχλασάμα.
ἐκεῖα συμπεῖζας, ἐκ ἐφάνη δ' ἐπιγνοὺς,
τῷ ῥῖν' ἀναμάχῃ κλμακα δύς, ἐφυγεν.

De Rhetore quodam, *ibidem:*

Τὸ γρυπὸ ῥινόρρυτον ὁρῶ τῷ ῥῖνα, μειλίπαε,
αὐτὸ, δ' ὁ μακκὰν χάσκεται ἐπὶ τὰ ἔπ.
πολλῷ ἧς μείνομεν ὄμμοι ἐι γὰρ πολὺ, πίπτει
D τῶς ῥινὸς σωδίνε ὄμμα ἐκ ἀπέχει.
ἀλλ' αὐτὸ γὰρ ὁρᾶς φωσφορεύνται ὦ δ' ἐπὶ βαιὸ
ὑ.μῶν τῶμεν, κεῖνὰν ἐσοῦμεθα.

De Proclo *Ammianus ibidem:*

Οὐ δώσεται τῇ σχεμῇ φοῖκλος τῷ ῥῖν' ἀπομόσαιμι,
τῶς ῥινὸς γὰρ ἔχει τῷ χέρα μικροτέρω.
οὐδὲ λέγει, ζῶ σάσσον, ἐὰν πατρῇ ὁ γὰρ ἀκόμα
τῶς ῥινὸς πολὺ γὰρ τῶς ἀκόλις ἀπέχει.

De Quodam *Trajanus Cæsar ibidem* sic lusit:

Ἀνδὸν ἰδὼν εὐσαυ ῥῖνα, ᾖ σῶμα χάσκωμ,
δέξας τῶς ὄρας πᾶσι περχομένους.

Aquilini, Grypi.

Persæ amant homines adunco naso, quos Græci grypos appellant, eosque pulcherrimos esse putant: eò quòd Cyrus, quo non alius regum populo fuit charior, ejusmodi specie nasum habuerit. Est autem duplex gryporum genus: unum cui statim à fronte nasus insurgit, quod Aristoteles putat esse signum imprudentis animi, & ad corvos refert: alterum cui curvatura nasi à fronte separata est, sed circa medium intumescit, & ad extremum tendens unci speciem præbet, id Aristoteles putat esse notam magnanimitatis, & ad aquilam pertinere. *Plut. in Apophth. Politicis, & Cælius Rhodig. lib.8. cap.2. Antiq. Lect.*

Machometes II. Turcarum rex homo nervosi, ac robusti corporis extitit, habuit nasum usque adeò aduncum, ut summitas contingere labra videretur. *Jovius in vita ejus.*

Carolo V. Cæsari nasus à medio clementer assurgebat, quod magnitudinis animi signum in Persarum etiam regibus antiquis fuit observatum. *Jov.lib.27.*

Rodolphus Imp. naso aquilino, in declivi semita obvium habuit dicaculum, qui regis facetias, & clementiam norat. Is ex angusta semita regi cedere à satellitibus crebrò jussus, Regis clamat, nasus, viam implet, ut præterire nequeat. Subridens rex, flexo in alterum latus naso: Progredere fili, inquit, namque nasum meum digitis amoveri, ne te impediat. *Cusp.*

Simi.

Theophrastus Eresius in quendam Cassandri amicum, simis naribus, jecit hoc scomma: Demiror, inquit, oculos tuos non canere, cùm illis nasus sit additus, quòd nasus sistulæ speciem præberet. *Plut.in Symposiacis. Laert.l.5.c.2.*

Horatius Cocles, sic dictus, ut quidam volunt, quòd naso ita depresso esset, nullum ut esset inter oculos intestitium, & supercilia haberet commissa. *Val.l.3.c.2.& Livius, Plin. de Viris illust.l.11. Gell.l.4.c.1. Florus l.1.c.10.*

Pustulosi.

Apud Theocritum in Aita amans nihil se de amica mentiturum innuens, ineuit: ἰνδὸν ῥινὸς ὑπερθεν φορεῦσ ὐκ ἀνοσφυῶ Non mihi nascentur nares mendacia supra. Scholiastes addit apud Siculos, qui supra nares haberent pustulas albas, quas illi vocant ἰνδῶ ῥάκια sive ἰνδῶν aut ὀνδῶν pro mendacibus haberi solitos vulgò. Quin & hodie vulgò dicunt. Nasus tuus arguit mihi te mentiri. Idem jocus est vulgi de maculis unguium. Quin & ipsas narium pustulas Græci ἰνδῶματα vocant: ut indicat idem Scholiastes. *Erasm.*

Muccosi.

Cratini Comici jocus in obesæ naris Hominem ὀλιζοντὰς ῥῖνας, jubet illum desecare, & quasi percolando nares repurgare, plenas λύμφῃ, hoc est, mucco concreto. Sic enim ὠλίζειν & διωλίζειν τὸν οἶνον dixit Plutarchus, percolare, seu desecare vinum. *Hadr. Junius centuria 7. Adagiorum.*

LABIORUM.

Unam infelicitatem plæreque mulieres Aquilonares uterum gerendo incurrunt, ut vel efu, vel saltu super caput leporis facto, pariant Infantulos oris leporini, inter os, & nares divisa labia perpetuò retinentes: nisi statim à principio assuant particulam pectoris tenerrimi pulli, adhuc sanguinolenti. *Olaus l.18. c.12. Sept. reg.*

COLLI.

Color.

Isocrates in Panegyrico Helenæ, idcircò ait existimatam Helenam ab olore genitam, quòd collo esset oblongo, & candido.

Figura.

Τυλαύχενες Græci vocant prætenues homines, & colli oblongioris. Nam est gylius, militare vas contextum, in quo caseus servaretur, cum olivis, & cæpis: unde & militaris obsotheee nuncupata. *Gel.l.4.c.2.A.L.*

Strumæ.

Vatinium, cui strumæ erant in collo, cùm causam diceret, tumidum oratorem Cicero appellavit. Cùm nunciatum ei esset de illius morte, mox intelligeret incolumem esse: Malè peoreat, inquit, qui malè mentitus est. *Plut. in Cicerone.*

CERVICIS.

Cùm Alexandrum Lysippus primò finxisset supino ore cœlũ suspectantem, exprimens Alexandri intuentis morem cervice leviter inflexa, adjecit epigramma quod dam haud illepidum:

Areus aspectu cœlum proferre videtur;
Asserti terram, sidera habeto deus.

Quapropter præcepit Alexander, ne quis se præter unum Lysippum fingeret. Quippe unus hic æræ sensus ejus repræsentavit, ut redderet lineamentis virtutem. Cæteri cervicem inflexam, oculorumque hilaritatem, & blandimenta dum exprimere student, non servarunt utilem, & leoninum obtutum. *Plut. orat.2.de Alex. fortuna.*

Pescennius Niger Imp. fuit statura prolixa, forma decorus, oris verecundi, & semper rubidi: cervice adeò nigra, ut quemadmodum multi dicunt, ab ea Nigri nomen acceperit: cæterum tribunus singularis, dux præcipuus, legatus severissimus, consul insignis, domi, forisque conspicuus. Imp. infelix, à Severo scilicet victus, & interfectus. *Cusp.*

NERVORUM.

Tritanum gladiatorem Varro prodit, itemque ejus filium, & rectos, & transversos cancellatim toto corpore habuisse nervos, virium elatione prodigiosa. *Cæl.lib.7. cap.4. Antiq. Lect.*

THORACIS.

Compositio.

Apud Magnesios, qui ad Lethæum sunt, quidam fuit Protophanes, qui de pancratio, & lucta eadem die in Olympia victor renunciatus fuit. In ejus sepulcrum aliquando latrones spe prædæ ducti penetrarunt, post illos alii multi, ut cadaver duntaxat spectarent. Ejus certè costæ non ita, ut cæterorum hominum, discretæ fuerunt, sed pro illis continens os habuit ab humeris ad eas costas, quæ mendosæ sive nothæ à Medicis appellantur. *Paus. in Atticis.*

Cicatrices.

Mosynæorum in Ponto humeros, ac pectora cicatribus insita Græci milites è Cyri expeditione redeuntes observarunt. *Diod.l.14.* Hippocrates *com.de Aere, aquis, locis*, ad pituitæ à cerebro defluxum inhibendum Scythas feribit brachia inurere solere.

MAMMARUM.

Vidi Januæ, inquit Cardanus, Antonium Benzum ex oppido portus Mauricii, annum agentem 34. pallidum, barba rara, pingui habitu, è cujus mamillis lactis tantùm profluebat, ut infantem fermè lactare potuisset: nec solùm effluebat, sed impulsu ferebatur. *Cardanus de Subtilitate, lib. de Hominis natura.*

Nuper Martino Borglino amico nostro, Uxor jam quindecim annis sterilis filium enixa est, quæ primo mense, & lac emisit è papillis copiosum, & mammæ intumuerunt, atque obduruerunt, adeò ut obstetrices adhibitis repellentibus, vomitum lactis non curato priore affectu excitarint. *Cardan.de Subtilitate, lib.de Hominis natura.*

DORSI.

Gibbus.

Orator quidam clarus, sed gibbo prominenti deformatus Galba (de quo Lollii vulgarissimus jocus erat, Ingenium Galbæ malè habitare) coram Cæsare Augusto causam agens, & velut eloquio gloriabundus, sæpè iterans: Corrige in me, si quid corrigendum videris, Auguste, hoc ab eo tandem respondum habuit: Ego, inquit, Galba, monere te possum, corrigere non possum. Corrigitur, quod reprehenditur: corrigitur, quod ex distorto fit rectum. *Erasm.l.4. Apophth. ex Macrob. lib.2.c.4. Saturn.*

Galba, Galbæ Imp. pater, Liviam Ocellinam, ditem admodùm, & pulcram uxorem habuit, à qua tamen nobilitatis causa appetitus ultrò existimatur, & aliquanto enixius, postquam subinde instanti vitium corporis gibberum secretò posita veste detexit, ne quasi ignaram fallere videretur. *Suet.*

Galbæ Imp. tam grandis gibbus dextro ejus latere excrevit, ut ægrè fascia substringeretur. *Sab.l.4. Enn.4.ex Suet.*

Incurvitas.

M.Ant. Pius Imp. fuit statura eminenti. Sed cùm jam senex curvaretur, tenuibus ex tilia tabulis, fascia ad pectus obligatis, pro remedio usus est: videturque materia ad id petita, quæ frigido esset corporis perutilis. *Sab.l.4. En.7.*

CORDIS.

Leonidæ Spartanorum regis (qui cum trecentis sese Xerxi ad Thermopylas oppofuit) cadaver aperiri Xerxes voluit, & pilosum cor reperit. *Plut.Paral.ex Aristide Milesio.*

VENTRIS.

Tenuitas.

Tirrus Quintius in Philopœmenis Achæorum prætoris habitum cavillans: Quam pulchras, inquit, manus, Philopœmene, & crura habes, ventrem non habes? fuit enim medio corpore gracilior. Cæterum id dictum potiùs est in vires ejus detortum. Quippe egregium peditatum, & equitatum habebat, sed deficiebatur sæpenumero pecunia. *Plut. in Philopœmene.*

Obesitas.

Ex Tit. Obesorum hue pleraque, quatenus venter illorum eximiè luxuriat.

C. Marius obesus, & ventricosus, *teste Plut.*

PUDENDORUM.

Magnitudo.

Citatur Theophrastus, qui sensérit Nanas dici, quibus pudendum membrum sit justo majus, quod in humilioribus, sive nanis inveniri probabile est. *Eras. in Adag.*

Curti.

Circumcisione utebantur Judæi secundum legem. Sed ne alios præter Judæos circumciderent, suæque sectæ adjungerent, Constantius cum fratribus suis lege interdixit. *Sozomenus l.3. cap.17.* At etiam à circumcisione præputiati fiunt, arte quadam medica per instrumentum attractorium, Spathisterem appellatum, internam membrorum coticulam attrahi finentes, futuramque admittentes, & glutinatoriis circumdatis, præputium rursus superinducunt. Habes & testimonium apud sanctum Apostolum, ubi dicit: Circumcisus aliquis vocatus est? ne attrahatur ipsi præputium. In præputio aliquis est? ne circumcidatur: Hanc autem traditionem diabolici inventi, Esau fratrem Jacob reperisse ajunt, ad abnegationem Dei, & ad deletionem characteris patrum ipsius *Epiphan.lib. de Mensuris.*

Ἀτρεποί.

Cornelia Gracchorum mater concreto genitali nata fuit, infausto omine, quod magnum aliquando malum Reip. productura esset. *Plin.l.7.c.10.*

TESTICULORUM

Numerus.

Agathocles Siciliæ tyrannus à Timæo τριόρχης dictus, est, sive quod avi Triochi, quem Buteonem vocant Latini, rapinis similis esset, sive ab efferata libidine. Nam egressus pubertatis annos, libidinem à viris transtulit ad feminas. Traditur item, cùm esset perfunctus fato, uxorem querulam flebilibus modis illud subinde ingessisse, τί δ' οὐκ ἐγώσοι, τί δ' οὐκ ἐπὶ ἐμοὶ σὺ; Quid non ego tibi, quid tu non præstitisti mihi? *Cel.lib.24. cap.4. A.L.*

Arianus Jureconsultus scribit, Digestis de re militari, Syllam, & Cottam uno tantùm fuisse testiculo insignes. Auctor item Ulpianus est Digestis de ædilitio edicto, Sanum videri, qui unum testiculum habeat, quoniam possit generare. *Cel. lib.24.c.7. A.L.*

Bergomi familia Coleonum illustris (Bartholomæo Coleono, & fortitudine, & fide apud Venetos clarissimo insignis, (cujus equestrem statuam Venetis in area DD. Joannis, & Pauli videre licet) hoc peculiare habere fertur, ut multi ex ea familia mares tres habeant testiculos. Cui rei attestatur, vel saltem suspicioni occasionem dedit gentilium familiæ symbolum, tres nigros continens testiculos. Hinc proverbium Italis vsitatissimum, Coglioni de Bergamo: de re monstrosa, & inaudita: non autem, ut vulgus autumat, de homine stupido, & obscæno.

Francisco Philolpho tres fuisse testes, proditum scio. *Cel.lib. 17.c.12. A.L.*

NATIUM.

Athenienses ἀπόγλωττοι, & hypolispæ, sive depyges à Comicis appellantur, quòd nautici magna pars cùm essent, ob sedendi assiduitatem depyges reddebantur. Additur & fabella, Theseum cum Perithoo inferos petentem, in petra quadam Proserpinæ imperio coactum sedere: à qua, cùm ab Hercule avelleretur, affixas petræ natium partes reliquisse: quamobrem honoris ejus ergo, cætetis item Athenienlibus hæsisse cognomentum. Ad eam verò petram allusisse credi Virgilius potest, ubi Æncidos 6. ait:

—— *sedet, æternumque sedebit*
Infelix Theseus.

Cælius lib.4.c.9. Ant. Lect. ex Suida.

Melampygus Græcis significat eum, qui nigro sit podice, quo quidem cognomento notatus est Hercules, quòd eam corporis partem, non Lydorum more vulsam, neque candidam, quemadmodum effeminati solent, sed nigris pilis hirsutam, ac sylvosam haberet. Nam Græci quemadmodùm molles, & imbelles, fractosque deliciis πυρέγγρους καὶ λευκοπύγους appellant: itidem è diverso fortes, ac strenuos μελαμπύγους vocare consueverunt, ut auctor est Lycophronis interpres. *Erasm. in Adag.*

Duas elegantes, formosasque Filias viro cuidam rustico
A Syracusano esse contigit olim, quæ contendentes inter se
in viam publicam accesserunt, ut quæ pulcriores nates haberet, dijudicaretur. Accedenti verò adolescenti, qui patrem habebat senem, seipsas ostenderunt, qui eas admiratus, seniorem judicavit, in cujus amorem cùm incidisset, venit in civitatem, ac fit ægrotus: tum fratri suo, qui erat grandiori ætate, rem totam declaravit. Hic etiam in agrum excurrens puellasque intuens, in alterius amorem incidit. Hos cum pater nuptias honorificentiores hortaretur expetere, neque tamen quippiam persuadere posset, filias ex agro patre earum non invito duxit, filiisque in matrimonium dedit. Illæ igitur à civibus Callæpigæ posteà sunt vocatæ, velut testatur Cercidas Megalopolitanus *in suis Jambis*. Illæ cùm amplas divitias essent consecutæ, Veneris sacellum erexerunt, quam appellarunt deam Callypigam: ut narrat *Archelaus in Jambis*, *Athen. lib.*12. *cap.* 32.

Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quòd ejus natis fulmine icta foret, pullus Jovis appellatus est. *Cæl. lib.*8. *c.*5. *A. L.*

B D. Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi Irrisores, qui equi illius caudam amputarunt, mutorum animalium instar caudati facti sunt cum omnibus suis posteris. *Polyd. l.*13.

☞ *Vide locum de angelis.*

MANUUM.

Gigantes ἑκατόγχειρες poetæ fabulantur.

Starchaterum Storaerki F. in ea Daniæ parte, quæ Sveciam ab oriente complectitur, quam Estones obtinent, giganteo ortu senas manus habuisse tradunt: Thor verò magnum quatuor ex his avulsisse, ita ut duabus tantùm relictis, corpus, quod ante in giganteam molem assurrecturum videbatur, intra humanæ speciei limites retineretur. *Sax. lib.*6.

Joanni Aragonum regi XVIII. etiam formosissimæ mulieres candidissimas manus invidebant. *Marinæus lib.*12. *rer. Hispan.*

DIGITORUM.

Gigas quidam Gethæus, senos & manuum, & pedum di-
C gitos habuit. 2. *Reg.*21. *&* 2. *Paral.*20.

Digitos quibusdam esse in manibus senos, sedigitorum monstrat appellatio: de quibus item quæritur Digestis de ædilitio edicto, an morbosi credi debeant. Diodorus Bibliotheces sexto, dactylos put Idæos ob parem digitorum numerum appellatos. At Geographus Idæos dactylos in Ida Cretæ ferrum elaborasse scribit, & ab numero ita nuncupatos: quod repetit Eustathius quoque. Alii etiam aliter. *Cælius lib.*4. *cap.*3. *A. L.*

Digiti quibusdam in manibus seni. M. Curiatii ex patritia gente filias duas ob id Sedigitas appellatas accepimus, & Volcatium Sedigitum, illustrem in poetica. *Plin. l.*11. *c.*43.

Ipse vidi, inquit, Cælius Bononiæ quendam de plebe inopem senis in manu utraque digitis, immò in pedibus quoque. Superfluens digitus inter auricularem annularemque interfitus agnoscebatur, magnitudine ad reliquorum responsum: mobilis præterea, & ad omnem usum, ut assolet, accommodus. Manus insigni erant latitudine: nil præterea quod deceret mi-
D nus. *Cælius l.*17. *c.*12. *A. L.*

FEMORUM.

Homerus, Ægyptiæ sacerdotis filius ex Mercurio, in utroque femore crines promissos habuit, unde nomen meruit, ὁμηρὸς, ille femorosus. *Plut.*

Seleucus Mentor, rex Syriæ, posteà etiam Asiæ, coxam anchoræ figura insignitam jam inde à partu habuit: nec ipse tantùm, sed omnes quoque illius posteri. *Fulg. l.*1. *c.*6.

CRURUM, Tum

Conformatio.

Quibus introrsum obtorta sunt crura, ῥαιβοὶ Græcis, auctore Polluce, Vari Latinis: quibus extrorsum, Varii & Blessi. *Cæl. l.*4. *c.*11. *A. L.*

Ad Phœbum, Martialis Epigramm. *lib.*2.

Cùm sint crura tibi, simulent quæ cornua lunæ,
In rhytio poteras, Phœbe, lavare pedes.

E Est autem ῥυτὸν teste *Athenæo l.*2. poculum cornu assimile incurvatum, ad instar Græcæ litteræ *u.*

Nero Cæsar gracillimis fuit cruribus. *Suet.*

Magnitudo.

Germanicus Drusi F. formosissimus fuit. Formæ minus congruebat gracilitas crurum. Sed ea quoque paulatim repleta, assidua equi vectatione. *Suet.*

Longitudo.

Constantinus Imp. brevissimis cruribus, & incurvis fuit unde saltu valebat, & cursu. *Cusp.*

Selymus Turcicus Imp. ventrem admodùm demissum brevioribus cruribus sustentabat. Unde etiam eques magis, quàm pedes commendabatur. *Jov. in ejus vita.*

Edualdus I. Angliæ rex à tibiarium longitudine Langscanz dictus. *H. Boeth. l.*14.

PEDUM.

Conformatio.

Demonides amissis furto crepidis, precatus est, ut ejus, qui
F sustulerat, pedibus convenirent. Visus est benè precari, cùm illi magnum precaretur malum: videlicet pedes distortos, quales ipse habebat Demonides. *Plut. in Lac.*

Magnitudo.

Scribunt Græcis, Pittacum Mitylenensium principem, unum è septem, ab Alcæo poeta exule appellatum Sarapoda, quòd latos pedes traheret, nec non Chœrapoda, quod ulcera in pedibus sentiret, quæ vocant chœradas. *Cæl. l.*4. *cap.*11. *A. L.*

PARTIS ALICUJUS CORPORIS
Motus, Compositio.
Cujusmodi est,

CAPITIS TOTIUS

Inclinatio

☞ *Consule locum, Honoris significatio, quatenus capitis inclinatio submissionis index est. Sedi & Timoris, & Pu-* G
doris signum est ex Horatii lib.2. Serm. Sat.5. *conflat.* Stes capite obstipo multùm similis metuenti.

Exsectio.

☞ *Gestus hic & Confidentiæ est, & superbiæ. Est etiam humanitatis, & pietatis erantium. Vide exemplum Maximini senioris, & Lucii Metelli. Consule etiam gestum precantium.*

Sustentatio Ambabus manibus facta.

M. Antonius ad Actium Ambraciæ promontorium ab Augusto victus, Cleopatram fugientem insecutus, ab eademq; in navim receptus, solitarius in proram transiens, ibi tacitus, cogitabundusque consedit, ambabus manibus caput tenenens. *Plut. in Anton.*

VULTUS COMPOSITIO. Tum H
Blanda, Læta.

Octavius Cæsar vultu erat vel in sermone, vel tacitus, adeò tranquillo, serenoque, ut quidam è primoribus Galliarum confessus sit inter suos, eò se inhibitum, & remollitum, quò minus, ut destinarat, in transitu Alpium per simulationem colloquii propius admissus, in præcipitium propelleret. *Suet.*

Σινωπίζειν, id est, Sinopissas, id est, lascivis. A Sinope scorto quodam nobili, celebrataque lasciviæ, cui nomen hinc inditum videtur, quod noxiis esset oculis. *Ath. l.*15. docet fuisse Æginensem. *Eras. in Adag.*

Tristis, Severa.

Ἀτρείωνος ὄμματα, id est, Atrei oculi, de torvo, truculentoque aspectu dicebatur. His enim oculis in tragœdiis inducebatur Atreus, qui Thyestæ fratri filios ipsius epulandos apposuit, propter uxorem adulterio vitiatam. *Eras. in Adag.*

Plato demonstrat hunc Socrati fuisse morem, taurinis oculis obtueri. *Idem.*

Cùm ad Delium victi essent Athenienses, fugientibus aliis, Socrates solus cum Lachete pedetentim abibat, βραδύδ-

μενος.

μενος τε καὶ τὰ ὀφθαλμὼ ἐπιβάλλων, οὕτως ἐπιστήμων καὶ τοὺς
A πολεμίους καὶ τοὺς φίλους, δῆλος ἦν πανταχῇ καὶ πάνυ πόρρωθεν, ὅστις εἴη
ἐπιστήμων καὶ μετὰ ἐρρωμένως ἀμυνόμενος: Itaque illæsus rediit. *Alcibiades in Sympofio Platonis* hujus se facti spectatorem fuisse asserit.

Nero Cæsar cum promiscuè optimos quousque è medio tolleret, Pæto Thrasea objecit tristiorem, & pædagogi vultum, ne sine causa in eum sævire diceretur. *Suet.*

FRONTIS CORRUGATIO,
Exporrectio.

Sic Satyrica, Caperata fronte Catones leguntur: & *apud Plautum Epidico*, Caperat Cuidam frons, seu severitudine.

SUPERCILIORUM elatio.

Supercilia tollere signum esse voluit Catullus irati hominis, & qui malum alicui minaretur: his enim indiciis vultus animi sensus aperiuntur. Diphilus verò Comicus eadem hac nota usus est, cùm tristem hominem, mœrorisque plenum significare vellet. Vini namque suavitatem celebrans, & quantoperè eos, qui largè bibant, immutet in meliùs, ostendens,
B inquit: ὃ πᾶσι τοῖς φρονοῦσι προσφιλέστατε Διόνυσε, καὶ σοφώτατε
ἐν θεοῖς εἰσὶ, ὅσον παιδικὸν μεγαλοφρόνων ποιεῖς μόρος τῶν πάνυ σοφῶν
αἱ φρένες συμπαίθουσι γοῦν τῶν δ' ἀδυνῶν πολλῷ π' τὸν δικλὸν δρακοῦν. *Victorius lib.*8. *Var. lect. c.* 1.

OCULORUM MOTUS. Nempe
Aversio.

Agamemnon deprecantis mortem Iphigeniæ filiæ argumentis impar, faciem avertebat. Hinc pathetica illa Iphigeniæ verba apud *Eurip. Iphig. Aulid.* Respice ad nos, oculum da, & basium, ut saltem hoc moriens habeam tui monumentum, si non meis persuasus fueris dictis.

Dejectio, δυσωπία.

Αἰδὼς χωπαλὶν est verecundia plùs, quàm modica. Quapropter δυσωπίας appellationem invenit: quòd unà cum animo perturbetur, flaccescatque vultus. Nam quomodò καταφρόνων definiunt oculos deiicientem tristitiam: ita verecundiam, hactenus, quæ concedit rogantibus, ut nec contra intueri sustineat
C eos, δυσωπίαν dixere. *Plut. de Nimia verecundia.*

Apud *Euripidem* Hecuba præ pudore fingit se non audere obtueri Polymnestorem. Pudere enim, in tam calamitoso rerum statu, conspici ab eo, cui aliquando visa sit florens.

Lycurgus Spartanorum legislator volens naturalem Pueris conciliare pudorem, impetravit, ut in viis manus intra pallium haberent, silentioque incederent, ac nusquam circùm conspicerent, sed humi defixos oculos tenerent. *Zenophon. in Laconum Repub. Stobæus serm.*42.

Romani ad Furcas Caudinas à Samnitibus sub jugum missi, à Campanis sociis benignè licet susceepti, noctu Capuam ingressi, præ pudore, & iracundia oculos demisere. *Liv.*

Octavius Cæsar oculos habuit claros, acnitidos: quibus etiam existimari volebat inesse quiddam divini vigoris: gaudebatque, si quis sibi acriùs contuenti, quasi ad fulgorem Solis vultum submitteret. *Suet.*

Constantia. Non connivere.

Græcis ἀκαρδαμύκτων, *vel* ἀκαρδαμύκτων *est fixis, & immotis oculis contueri. Eodem pertinet, ab externo objecto incidente palpebras non claudere. Quo signo olim fortissimi Dano-*
rum milites dignoscebantur, quine clavæ quidem, nedum pu-
D*gni ictus oculos claudere consueverant. Saxo l.* X.

Gymnosophistæ Indorum philosophi immotis oculis Solem intuebantur. ☞ *Vide Tit. de Visione, & Visis.*

Clausio. Connivere.

Homerus Iliados, ρ, Ajacem corpus Patrocli scuto suo obtegentem introducit. Quemadmodum leo pro catulis dimicans, clausis infilit in venantium agmen.

Stabat uti leo depugnans sua pignora circum,
Deductio prorsum cilio sua lumina velans.

Erasmus *in Adagiis*, *Tristis, Severa.*

Alipius D. Augustini amicus, Romam profectus Juris discendi causa, à condiscipulis invitus ad spectaculum gladiatorium ductus: Ut corpus cogatis, at oculos, & animum non cogetis, inquit: adeòque clausis oculis sedebat. At cum ingens clamor populi ortus esset, curiositate victus, sibique fidens, quid quòd quicquid tandem id esset videre, & contemnere vellet, aperuit oculos, sanguinem vidit, & immanitatem simul ebibit, cruentaque illa voluptate in præsens delectatus, ad eandem sæpè posteà & ipse rediit, & alios eodem pertraxit.
E *Augustin. lib.*6. *c.*8. *Confessionum.*

AURES intendere, arrigere.

Notum est illud ex Andria ad Pamphilum, metaphora ab equis, & asinis traducta: Arrige aures, Pamphile.

NARIUM CONTRACTIO.
Naso suspendere.

☞ *Irridentium hic gestus est, Contemptus indicium, Superbiæ affecta.*

Nasum à suæ ætatis hominibus subdolæ irrisioni dicatum fuisse, *Plin. docet lib.*11. *c.*37. dum ait; Et altior homini tantum, quem novi mores subdolæ irrisioni dicavere, nasus. Non alii animalium nares eminent. Hæc ille. Hinc Nasuti, qui doctè norint alios irridere. Inde etiam variæ loquendi proverbiales sententiæ. Dicuntur enim sagaces, nasuti: & reprehendere Poetæ eloquuntur suspendere naso. Ita Persius Satyra prima:

Callidus excusso populum suspendere naso.

Et *Horatius* alibi: F

Naso suspendis adunco.

Etiam irati dicuntur iram in naso habere, quasi istius etiam commotionis iste sit index, ducta similitudine à canibus, qui solent naribus ringere, dum irritantur. Sic iterùm Persius.

Disce, sed ira cadat naso. Satyr. 5.

DENTIBUS Frendere.

☞ *Belluina hæc extremæ Iracundiæ, seu furoris potiùs, & rabiei nota.*

Ezelinus tyrannus, prælio victus. *AV.* Ira, *§. ob cladem.*

LABIORUM porrectio.

Gestus familiaris cogitabundis, vel admirabundis. Unde Satyricus de Mathematicis: *Atque exporrecto trutinantur fata labello.*

LINGUÆ exertio.

Hoc in pueris naturæ perversæ ductu videre est, qui tum irrisionis, tum vindictæ causa linguæ maledicæ virus omne hac ratione effundere gestiunt.

Judæos Christo opt. max. lingua exerta insultaturos multò
G ante divinus vates prævidit. *Ps.* 22.

Gallis Romam petentibus, ad tertium lapidem Salaria via proximè urbem, quidam Gallus ingenti statura pontem intermedium occupans, alta voce fortissimum provocavit Romanorum ad singulare certamen. T. Manlius L. filius, à Dictatore petiit, ut sibi cum hoste liceret dimicare. Excepit Gallus eum cum derisu, exerta in despectum, ut mos est gentis, lingua. Sed victus à Manlio tantam Barbaris trepidationem incussit, ut sequenti nocte, relictis castris, in Tyburtem agrum concesserint. *Sab. lib.*3. *En.*4. *& Gel. lib.*9. *c.*13. *ex Q. Claudii Quadrigarii primo libro Annalium.*

CERVIX RIGIDA, Immota.

Constantinus Cæsar nunquam in publico in partem alteutram vultum transtulisse, collo veluti munito, & rigente, usus est. *Marcell. lib.*21.

MANUUM MOTUS.
Cujusmodi est

Gesticulatio.

Tiberius Cæsar incedebat, sermone nullo, aut rarissimo, aut tardissimo, & cùm molli digitorum gesticulatione. *Suet.* H

Applicatio ad Caput, aliamve corporis partem.

Tiberio Graccho Tribuno, post legem Agrariam adversùs tyrannidem opulentorum latam, in Capitolio concionanti, Ful. Flaccus Senator nunciavit, deliberatum habere opulentos per se interficere Tiberium. Quod ut circumstantibus aperuit Tiberius, præcingere hi confestim togas, frangentesque apparitorum hastilia, quibus cœtum summovent, arripere fragmenta, quibus repellerent vim inferentes. Id fieri mirantibus longinquioribus, admovit manum Tiberius capiti, discrimen suum à specie demonstrans, quando non assequebantur vocem. Quod cum adversarii intuerentur, properaverunt ad senatum, asserentes poscere Tiberium diadema, cujus significationem esse, quòd caput attigisset. Itaque facta manu Scipio Nasica illum adorsus interfecit. *Plut. in Tiberio.*

Com. Gallum Ægypti præfectum apud Augustum accusa-
verat